Bavar. 4°
1312
12,3

Ad Bibliothecam
Academiæ Scientiarum
Electoralis Boicæ Monachii

<36610537810011

<36610537810011

Bayer. Staatsbibliothek

Bav. lit. 25. (24.)
4° 1312 (12,3

Bavaricum pag. 158.

ad hist. gen.

R

MONUMENTA
OSTERHOVIENSIA.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

MONUMENTA OSTERHOVIENSIA.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Stifft Osterhoven.

ifum

PRÆFATIO.

Osterhovium, nobile Canonicorum regularium S. Norberti, quos a Præmonſtrato adpellant, Collegium, in Colle amæno Iſtrum inter & Viluſam ſitum, eiuſdem nominis Oppido, regio olim Carolidarum Palatio celebri, adjacet, ac Tetrachiæ Landishutanæ accenſetur.

Fundatorem veneratur Vtilonem Bajoariae Regulum, tot coenobiorum in Patria noſtra Authorem munificum, qui D. Pirminii opera ac Conſilio D. Benedicti Sodalibus primo illud conſecravit, ſuisque ac Conjugis ſuæ Hildetrudis, Caroli Martelli Filiæ auguſtis Exuviis decoravit, ſeræ Poſteritati venerandis.

Variam deinceps Locus iſte Fortunam expertus eſt, poſtquam Hunnorum Furori, uniuerſæ Germaniæ funeſto, & ipſe ſuccubuit, Initio demum ſeculi XI. ab Henrico Hezelone, S. Chunegundis germano Fratre, Boiis tunc Jura dante, ſuis e Ruinis reſtauratus, & Canonicis quibusdam ſecularibus, qui viginti fere Luſtris eundem incoluerunt, commiſſus, ubi ſuos ac Conjugis Mariæ Cineres recondi voluit, grata hodiedum Memoria celebres.

Excluſis tandem D. Norberti Conſilio prioribus Incolis, D. Otto Babenbergenſis Epiſcopus, cuius Eccleſiæ clientelari Juri Henricus Imp. ſanctus ceptum Opus perficiens, Locum iſtum ſubdiderat, præmonſtratenſem Ordinem ſub An. M. C. XXVII. ibidem induxit, qui ad hunc uſque diem in ſuo Candore perſiſtit.

Fata reliqua, ac Viciſſitudines, quibuſcum inclytum hoc Coenobium conſligere neceſſum habuit, in Annales coegit eruditus Aſcetæ huiatis Calamus, qui Lucem publicam haetenus exſpectant.

Iſtud ſilentio haud prætereundum, quod Sereniſſimi Bauariae Duces Clementiſſimos ſe ſemper erga hunc lo-

Locum exhibuerint, opimis Censibus dotarint, hacque inter alias insigni Prærogativa decoraverint, ut eiusdem Antistites Principi a sacris Largitionibus essent, diuina coram eo facerent, atque Capellanos ceteros in Palatio antecederent. ut pluribus exprimunt Diplomata N. XXXIX. & CX. ordine suo istis Monumentis inserta.

Nec minus Ornamenti eidem accedit magnifico Templo, nostra Memoria a Fundamentis splendide ac babasilice excitato, artificiosa Asamiorum Manu prope ad Invidiam exornato, ut omnium in se intuentium Oculos rapiat, ac sacro quodam Stupore perfundat.

Quod autem ad Musas nostras propius adtinet, singulari eas Humanitate complexus est R. R. D. D. Michael, Præsul ad omnem Modestiam compositus, & meliore Fato dignus, qui Membranas omnes, quotquot rapax Flamma Principio decurrentis Seculi cuncta pene Aedificia depascens, intacta reliquit, plena Manu iisdem lubentissime communicavit, caeteris ad Fidem Gevvoldi subpletis; cui proin amplissimo Viro, de Re litteraria nostra cum primis merito, publicas hoc Loco Grates rependimus, & aureos Dies ex Animo precamur.

SERIES R.R. D.D. ABBATUM ET PRÆPOSITORUM.

Volkeuhardus Abbas, interfuit Synodo Dingolfinganae Anno 772.

Reliquorum Nomina Ignorantur.

Ab Anno 1138.

1. Euchwinus (Richwinus) Praepositus resignat An. 1140.
2. Truhemarus † 1155.
3. Engelschalcus † 1180.
4. Dietmarus † 1181.
5. Waltherus † 1195.
6. Gerungus † 1228.
7. Henricus praefuit adhuc An. 1231.
8. Vdalricus resign. 1240.
9. Bertholdus resign. 1241.
10. Henricus II. resign. 1254.
11. Eberhardus depositus 1255.
12. Vdalricus II. resignat post duos Menses 1255.
13. Hermannus post sex Menses depositus 1256.
14. Albertus praefuit adhuc 1263.
15. Diepoldus, exauthoratus 1265.

16. Hartwicus reſignat poſt ſex Menſes.
17. Conradus depoſitus 1283.
18. Vdalricus III, reſignat 1285.
19. Albertus II. ſeu Albero † 1288.
20. Conradus II. ab An. 1286. præfuit Menſ. ſex.
21. Vdalricus IV. de Holzheim. primus Abbas ab An. 1288. † 1324.
22. Vdalricus V. Spörl † 1335.
23. Hermannus II. † 1348.
24. Petrus reſign. 1360.
25. Albertus III. præfuit 36. Septiman. 1361.
26. Engelbertus.
27. Wilhelmus poſt 5. annos depoſitus praef. An. 1363.
28. Rutgerus ab An. 1367. † 1390.
29. Andreas Eſelhover † 1405.
30. Joannes præſ. 3. Menſ.
31. Joannes II. Vetter ab An. 1406. † 1420.
32. Erneſtus ab An. 1421. præſ. Menſ. 6.
33. Andreas II. Kamp, ſeu Caucz ab An. 1422. † 1433.
34. Martinus Wirtinger † 1436.
35. Petrus II. Lamp. ab An. 1437. † 1447.
36. Joannes III. Amelſtorfer † 1461.
37. Joannes IV. Schiltl † 1484.
38. Georgius Hölzl reſign. 1500.
39. Joannes V. Retzinger † 1505.

40. Vitalis de Seiboltſtorf † 1508.
41. Stephanus Wirſinger † 1544.
42. Joannes VI. Pockh † 1547.
43. Auguſtinus Abbas S. Salvatoris, Adminiſtrator.
44. Georgius II. Schregl ab An. 1548. depoſitus 1555.
45. Wolfgangus Scharfnikhl. depoſ. 1557.
46. Joannes VI. Bitterl, Staingadenſis, Adminiſtrator ab An. 1558. dehinc Abbas † 1578.
47. Joannes VII. Wolf. adminiſtrator. ab An. 1579. dein Abbas reſignat 1593.
48. Michael Vögele † 1603.
49. Joannes VIII. Wockhelius ab 1604. † 1625.
50. Georgius III. Greiſs † 1629.
51. Chriſtophorus Dimpſl ab An. 1630. † 1672.
52. Godefridus Molitor reſign. 1675.
53. Michael II. Stainmayr † 1701.
54. Ferdinandus Söller † 1717.
55. Joſephus Mari † 1727.
56. Paulus Wieninger † 1764.
57. MICHAEL III. ab An. 1765.

MO-

MONUMENTA OSTERHOVIENSIA.

DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

N. I. Fundatio Oſterhouenſis Eccleſie a Domino Heinrico IIII. Duce Bawarie. *

Imperatore tertio *OTTONE* rebus humanis exempto *HEINRICUS* Dux Bawarie qui uocatus eſt *iunior* in imperium ſubrogatur. Huic in Ducatum Bawarie ſuccedit *HEINRICUS*, qui & *Hezel* dictus eſt, patruelis eiuſdem Imperatoris. Hic duobus filiis orbatus, quos Huni peremerunt, Chriſtum heredem ſibi facere inſtituens, locum *Oſterhouen* fundare, & patrimoniorum ſuorum copioſa liberalitate magnificare adorſus eſt. Sed prematura morte traductus, inſtitucionis & propoſiti ſui heredem imperatorem dereliquit. Hic quoniam & ipſe ſine heredibus carnis permanſit, Babenbergenſem Epiſcopatum fundauit, & Oſterhouenſe Monaſterium cum omni predicti Ducis patrimonio epiſcopatui donauit & ſubiecit, & ſeculares Canonicos in loco Oſterhouen ordinavit, conſtituta eis prebenda de modica porcione predictarum poſſeſſionum, que inſtitucio pene

* E Codice membraneo, Scriſto ſub D. Abbate Petro electo an. 1349.

per centum annos usque ad Ottonem Episcopum permansit. Hic consilio Domini *NORTPERTI* archyepiscopi secularibus Canonicis exclusis, locum *Osterhouen* albis Canonicis mancipans, premonstratensem ordinem deuote induxit, anno ab incarnacione Domini M. C. X. (legendum M. C. XXVII.) regnante Levthario Imperatore.

Anno Domini M. CCC. XLVIIII. In Octaua S. Johannis Ewangeliste Electus & confirmatus est dominus *PETRUS* Canonicus huius Ecclesie pro Pastore Osterhouen Ecclesie, & nona die post electionem a reuerendo patre & Dno. Dno *GOTFRIDO* venerabili Episcopo Ecclesie Patauiens. in principali altari in abbatem est laudabiliter & deuotissime consecratus. Hic jussit conscribi hunc librum scilicet Registracionem possessionum, prediorum, & reddituum dicte Ecclesie Osterhouen, sicut poterat diligentissime colligi & inueniri in antiquis & diuersis Registris, & inuestigari uel agnosci ex veridica relacione a sanioribus & senioribus fide dignis. Et ideo hunc Librum Registrum nominauit, ut ydoneus rector in omni actione sua inueniat, & ut sibi & nobis & nostris successoribus salubriter & utiliter prouideret, ne dicta Ecclesia propter negligenciam officialium dampnum uel detrimentum paciatur. Nomina etiam illorum, precipue Dni. *HAINRICI* ducis Bavarie fundatoris nostri, & aliorum nobilium, seu fidelium quorumcunque, qui ob salutem animarum suarum Ecclesiam nostram suo Patrimonio dotauerunt, & de suis rebus ditauerunt, huic libro inscribi, & cuilibet officio ascribi suos determinatos prouentus granorum, uel denariorum, & in qua Parochia siue iudicio possessiones sint posite, curauit interseri studiose ad laudem Dei

sancte.

ſanctęque Marie Virginis, & beate Margarete Virginis ac martiris patrone noſtre, & ad utilitatem Eccleſie ſupradicte.

N. II. Fundatio Anniverſarii in Capella infra Turres. An. 1110.

Notum ſit Chriſti fidelibus nunc & in futuro. *OTTO* beate memorie Dei gratia *Babenberg.* Epiſcopus; capellam quam in honore. S. Marie conſtruxit, & dedicauit circa annum Domini MCX. * S. Margarete feliciter & humiliter pro anime ſue remedio contulit, cum omni totali beneficio, quatuor manſus, & tertiam partem unius manſus. Inſuper dimidium manſum *Oſterhouen*: fratribus in eodem loco Deo militantibus proprietauit, quem ſacerdos quidam *Engelgiz* preſens pro beneficio habuit. Addit etiam his dimidium manſum *Maegnig.* ad anniuerſarium obitus diem *HEZLI DŮCIS*, dimid. tal. *Winzer*, & dimid. de *Oſterhouen* duos manſus & dimid. in honore S. Margarethe aſſignauit, ut annuatim eius memoria pie & honeſte condicatur & locum quendam iuxta *Goſſenpach.* Item addidit manſum *Ruperti de Lintzing* ad idem altare ſerviendum.

---

* Alind MS. recentius ita lagit:

„ Anno Domini M. C. XL. edificata eſt Baſilica B. Mariæ
„ Virginis, & circumſtantibus Turribus honorifice decorata, a
„ Venerabili Dno Ottone Epiſcopo Bambergenſi dotata & dedi-
„ cata ad honorem Dei & Genitricis ſuæ Mariæ, ſanctæque
„ Virginis &c.

N. III. Traditio cuiusdam Famulæ ad Miniſterium Eccleſiæ Babenbergenſis. A. 1138.

OTTO Dei gratia ſancte Babenbergen: Eccleſie indignus licet Epiſcopus, cunctis fidelibus notum eſſe cupimus, tam futuris quam preſentibus, qualiter *Chuno de Horburch*, una cum *uxore ſua Adelheit*, quandam ſue proprietatis famulam *Hailkam* nomine, interuentu fidelium noſtrorum tradiderunt ſuper altare ſancti Petri in *Babenberg* in preſentia noſtri, ea videlicet conditione ut tam ipſa *Hailka* quam omnis ſue poſteritatis ſucceſſio potiatur eo jure, quod ſummi miniſteriales Eccleſie Babenbergenſis noſcuntur habere. Que traditio ut omni euo inconuulſa permaneat, preſentem cartulam fecimus inde conſcribi, quam & Sigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Quicunque ergo ſciens eidem *Hailke* aliquam iniuriam uel uiolentiam fecerit, ſi correptus non correxerit, nec emendauerit, ſed in nequitia ſua perſtiterit, anathema ſit. Huius traditionis teſtes ſunt hi, de fidelibus ac Miniſterialibus noſtris *Poppo de Ahorn. Starker de Mittechindorf*, *Fridericus & frater eius Otto de Liuttenbach*, *Ezzo & Outto de Burgelin*, *Gundenloch*, *Pippin & Pillunc de Podelendorf*, *Ebo de Trebensdorf*, *Henricus de Chuerbelenriuet*, *Wilhalm de Minegehauſen*, *Rudolf de Oſterhouen & frater eius* Gotebolt, *Ruediger de Ebringen*, *Berichtolt de Tetelingen*, *Rapoto & Dietmar de Poedingen*, *Hartlieb de Reichendorf*, *Erneſt & Adelbrecht de Muchil*, *Chunr. de Maminsdorf*, *Chunrat de Vraha*, *Hartunc*, *Ludweich & Adelbrecht de Meginuelt*, *Walchel de Islingen-Hartliep de Birlebez*, *Adelram de Mulhaim. Heinr. de Paumgarten.* Preter hos *Eigilbertus Decanus*, *Chun. cuſtos*, *Tuto Magiſter*,

Vdal-

Vdalricus longus, *Eberhardus Capellanus*, *Volchmar*, *Helmrich de Warza*. De miniſterialibus ſiue fidelibus predicti *Chunonis Purchardus de Windesbach*, *Hartnit de Greifesbach*, *Eberhart de Willenbach*. *Sigebot de Trennelin*, *Ludfrid de Liteſpach*, *Gernot de Butendorf*. *Karl de Roſtal*, *Eberolf de Haſela*, *Wolſtrigil de Winezgor*, *Aribo & frater eius Friderich de Wartenberch*, *Sigefrid de Chaldorf*, *Berichtold de Swaba*, *Wecil & Hertweich de Wartenberch* Anno dominice Incarnationis MCXXXVIII. Indictione prima, X. Kal. Junii, regnante *CHUNRADO* Rege, primo anno regni eius in Curia *Babenberg* habita, feria II. poſt ſanctum diem Pentecoſtes, acta ſunt hec.

N. IV. Concambium pro Eccleſia in Chaſſen. an. 1143.

Regenbertus Dei gratia *Patauienſis* Eccleſie Epiſcopus, Uniuerſis Chriſti fidelibus. Cum iuſtum ſit quemcunque bonorum honeſtis religioſorum occurrere uotis,, nos quoque fratres noſtros *Oſterhouenſes* Deo militantes, debita benignitate amplectentes ex auctoritate Domini Apoſtolici *Eugenii* III. & rogatu Domini *Eberhardi* Ven. *Babenberg*. Epiſcopi, cuius locus ille ſubiacet ditioni, cum conſenſu cleri & populi noſtri, Eccleſiam *Chaſſen* cum omnibus pertinentiis ſuis, que noſtri iuris erant, ipſis in legitimam poſſeſſionem contradidimus. Verum ne ſucceſſores noſtri ullum ſui ſeruitii patiantur detrimentum, & poſſint noſtrum calumniari factum, ſed largitionis ipſius perpetuam ſtabilitatem atque firmamentum, accepimus ab ipſis in commutationem predium *Roſſebach* quod ab eis iure fuerat poſſeſſum. Igitur predictam Eccleſiam eiſdem fratribus noſtris ipſorum profuturum, auctoritate apoſtolica & noſtra firma-

mamus & ſtabilimus, & ad indicium firmitatis hanc paginam ſygilli noſtri impreſſione munimus. Teſtes autem horum ſunt *Marchio Engelbertus & frater eius Rapoto. Hertwich de Hagenaue. Pabo de Zulling. Wernherus de Wainesdorf. Otto de Moſen. Dietherus de Hals. Chunr. de Ibenſpach. Wernher & frater eius Richger de oſterna.* & plures alii ſub eadem ſigilli noſtri impreſſione firmamus, & banno predicte Eccleſie Oſterhouen. decimas *Goſſenpach*, & predioſum accepto ab ea, *Homingeshube* & predio *Miſtebach* in concambium. Teſtes ſunt *Alram de Chamb, Hartwich de Hagenawe. Ekkolf de Warte. Engelboto de Beerendorf. Wilhaim de Mulhaim. Regenger de Johensdorf. Adelbrecht de Birenbach, Gotebolt de Oſterhouen.* Datum anno incarnationis Dominice MCXLIII.

N. V. Introductio Ordinis ad Eccleſiam cum Libertatibus a Sede. an. 1146.

EUGENIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei: dilectis filiis *Truhemaro* Prepoſito *Oſterhouen.* Eccleſie ſancte Margarite eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem uitam profeſſis in perpetuum. Quoniam ſine vere cultu religionis nec Charitatis unitas poteſt ſubſiſtere, nec Deo gratum exhiberi ſeruitium, expedit apoſtolice auctoritati religioſas perſonas diligere, & earum loca pia protectione munire. Ea propter dilecti in Domino filii neſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prefatam Eccleſiam, in qua diuino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti priuilegio communimus, ſtatuentes, ut quascunque poſſeſſiones, quecunque bona in preſentiarum

iuſte

iuſte & Canonice poſſidetis, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis preſtante Domino poteritis adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus illibata permaneant. Sane Laborum veſtrorum quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis animalium veſtiorum nullus omnino a vobis decimas exigere preſumat. Statuimus quoque, ut ordo Canonicus ſecundum beati Auguſtini regulam & inſtitutionem Fratrum Premonſtratenſium perpetuis ſibi temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Addentes etiam interdicimus, ut nemini profeſſionis veſtre facultas ſit alicuius leuitatis inſtinctu uel arctioris religionis obtentu ſine Prepoſiti vel Congregationis veſtre licentia de clauſtro diſcedere, quod ſi diſcederet, nullus Epiſcoporum, nullus Abbatum, nullus omnino hominum, ſine communium literarum cautione eum audeat retinere. Si uero ſecundo, tertioue uocatus redire contempſerit, liceat eiuſdem loci Prepoſito canonicam in eum proferre ſententiam. Liceat quoque vobis in communi interdictis ipſius terre excluſis excommunicatis & interdictis ſubmiſſa voce diuina officia celebrare. Porro Sacramenta eccleſiaſtica a dyoeceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem apoſtolice ſedis habuerit, eaque uobis gratis, & ſine prauitate aliqua uoluerit exhibere. Alioquin Catholicum quemcunque malueritis, adeatis Antiſtitem, qui nimirum noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat, Prohibemus inſuper, ut nullus aduocatus locum veſtrum ſiue homines vel bona ad ipſum pertinentia iniuſtis aut indebitis audeat exactionibus fatigare. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum qui ſe illic ſepeliri delibe-

raue-

rauerint, deuotioni, & extremae uoluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti, nullus obsistat, salua iustitia matricis Ecclesie. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere, quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate & dioecesani Episcopi canonica iustitia. Si igitur &c. Amen, Amen, Amen.

(L.S.) Ego Eugenius catholice ecclesie eps SS.
✝ Ego Theodewinus Sce Rufine eps. SS.
✝ Ego Ymarus Tusculanus eps; SS.
✝ Ego Gregorius preb. Card. tit. Calisti SS.
✝ Ego Guido pbr. Card. Sci Crisogoni SS.
✝ Ego Aribertus pbr. Cardinal. tit. Sce Anastasie
✝ Ego Julius pbr. Card. it. Sci Marcelli SS.
✝ Ego Guido in Rom. eccla altaris minister indign. SS.
✝ Ego Astaldus diac. Card. Sci Eustachii iusta templum agpr.
✝ Ego Johanes diac. Cardinal. Sci Adriani SS.
✝ Ego Gregorius Sce Rom. eccle. indign. diac. SS.
✝ Ego Jacintus diac. Card. Sce Marie in cosmydyn SS.
✝ Ego Petrus diaconus Cardinalis Sce Marie in via lata SS.

Dat. Viterbi per Manum Guidonis Sce Rom. eccle diac. Card. & Cancell. X. Kl. Jan. Indictione X. Incarnationis dnice anno MCXLVI. Pontificatus uero domni Eugenii III. Ep. anno secundo.

Originale cum Sigillo.

N.

N. VI. De Redditibus Hall ab Episcopo Babenberg. circa an. 1150.

Ewerhardus Dei gratia Babenberg. Episcopus *Rudolfo Hallensi* omne bonum. Mandamus vobis sub obtentu gratie nostre, ut quod de villicatione vestra fratribus nostris debetur, iuxta quod in presenti charta notatum est, certo deinceps tempore quod vobis & ipsis complacuerit, sine contradictione persoluatis, singulis IV. claustris his, que hic notata sunt, chartam nostro sigillo signatam commendauerimus. Ut huius nostre constitutionis ipse fratres nostri testes sint: quorum utilitatibus hec bona nos & beate memorie predecessores nostri *Otto* videlicet, & *Eilbertus* Episcopi prouidimus, Rudolfus Hallensis & Uxor eius Irngart persoluunt, ut constitutum est IV. Claustris sc. *Aspach*, *Alderspach*, *Osterhouen*, *Bruuiningin* omni anno vel sex tal. & dimidium, vel quantum salis pro hac pecunia dare debetur. Quarum rerum distributio talis est, ad *Aspach* persoluunt unum talent. vel VIII. Carrat. Salis. ad *Alderspach* X. Sol. vel X. Carr. Salis ad *Bruuingin* XX. sol. vel totidem carr. Salis. LX. dn. qui supersunt de predicta pecunia ad jus villlici pertinent.

N. VII. Confirmatio donationis Ecclesiae in Chassen. An. 1155.

Chunradus Dei gratia Patauiensis Episcopus. Unsuersis Ecclesie fidelibus salutem in perpetuum. Nos a Deo inspirati, & religiosis bonorum exemplis prouocati, que antecessores nostri Pontifices deuote secundum Dominum in suis priui-

legiis nobis tradiderunt, renouando confirmamus, & ſiqua ipſis in eodem ſpiritu facere potuerimus, ne in obliuionem quandoque deueniant, teſtibus & ſcriptis commendare curamus; ex quibus eſt illud quod olim communi utilitate & petitione multorum interueniente, inter predeceſſorem meum benedicte recordationis *Reinbertum* Epiſcopum & fratres *Oſterhouenſis* Eccleſie celeberrime cum conuenientia Cleri & populi Patauienſis factum eſt concambium, quando ſicut extat in priuilegio illorum fratribus prefatis, Epiſcopus ille Eccleſiam *Chaſſen* cum omnibus ſuis pertinentiis temporalibus pariter & Eccleſiaſticis contradidit, & ab ipſis predium in *Koſſenbach* ſitum pro equiualenti concambio recepit. Decimas quoque de curtis ipſorum ſimili modo contradidit. accepta pro digna commutatione ab eisdem fratribus *Honingeshube* & predio *Miſtelbach*. Nos igitur & illud & omnem prefato loco legitime factam ſiue donationem ſiue quarumcunque rerum commutationem libenter cognoſcentes anteceſſoribus noſtris Epiſcopis non ſolum conſentimus, ſed eorum quoque ſicut & noſtras in quorumcunque beneuolentias ſepe iam dictis fratribus exhibitas omni fauore, & aſtipulatione munimus. Denique tempore noſtri Pontificatus tum utilitatis ratione, tum pro litis deciſione quem mut. rationabiliter tertiam partem decimarum predicte Curtis priori inuitentes priuilegio ſibi uſurpaſſe videbantur commodum, atque per neceſſarium, conſilio & inſtantia noſtrorum fidelium, nobis & pretaxatis fratribus fieri conceſſimus concambium; quatenus videlicet ipſis eandem tertiam partem decimarum, quae in *Goſſenbach* nos & Vicarium noſtrum Sacerdotem attinebat, perpetuo iure traderemus, & ab eis prediolum ſui juris in *Chrieſtorff* ſitum pro concambio ſicut factum

eſt

est reciperemus. Ut igitur hec nostra, predecessorisque nostri largitio predicte ecclesie Osterhouen. fratrum inibi Deo famulantium usibus omnimodis seruitura firma & inconuulsa permaneat, auctoritate apostolica ac nostra sub banno presenti pagina confirmamus ac stabilimus, & ad indicium firmitatis paginam hanc sigilli nostri impressione munimus. Testes sunt Ego *Chunr.* sancte Patau. Ecclesie Episcopus. Ego *Rupertus* presb S. Sixti. Ego *Chunilo* Archipresb. Ego *Robertus* Decanus sancte Patau. Ecclesie. Ego *Syghardus* presb. indignus. Ego *Otto* Archidiaconus S. Patau. Ecc. & Cancellarius. Ego *Albertus* presb. & Sacrista Patau. Eccl. Ego *Henricus* presb. plebanus S. Patav. Eccl. ad Sanctum Paulum. Ego *Henr.* Scholasticus. Ego *Gozwinus* Diac. S. Patau. Eccl. Ego *Otto* Subdiac. Patau. Ego *Heinr.* Subdiac. *Heinr. Praefectus Ratisbonensis. Aramus de Chambe. Weinhardus de Julbach. Erkenbertus de Mospach. Engelbertus de Planchenburg. Amelbrecht de Erling. Meinhart & filius eius Heinricus de Spilberc. Ekkolf & Herlieb Postmunster. Otto & eius frater Engelbrecht de Strubene. Dietrich de Wernarn. Reicher de Osterna. Wipoto de Ort. Hartmut, & Germut de Austria. Fridericus de Eschelbach. Marquardus de Wolfa, Fridericus de Recebach.* Acta sunt Anno ab incarnatione Domini MCLV. Indictione I. an. VI. Pontificatus Dni. *Chunradi* Patau. Episcopi, regnante *FRIDERICO* Romanorum Imperatore, III. anno Regni eius. Datum *Patauie* per manus *Ruperti* Patau. Decani. VIII. Kal. Decembris.

N. VIII. De duplici festo S. Egidii, & Missa, & donatione possessionum a Wintzzariis. An. 1159.

Chaunradus Dei gratia *PATAUIENSIS* Ecclesie Episcopus. Uniuersis Christi fidelibus salutem in perpetuum. Sicut decet Rectores Ecclesiarum subditorum mentes uerbis & exemplis ad meliora accendere, ita nihilominus iustum est spontaneas fidelium deuotiones & religiosos conatus digna amplecti benignitate, digno attollere fauore, & illorum exemplo quoque fideles informare. Hinc itaque notum esse cupimus omnibus Christi fidelibus, quod Deo deuotus Vir *Hartliep de Wincere* Babenbergensis Ecclesie ministerialium non infimus, diuinitatis instinctu ad domus dei decorem augendum in ecclesia S. Margarete Osterhouen, altare in honore sanctorum Confessorum *EGIDII*, *Nicolai*, *Augustini* cum consensu & fauore dilecti fratris nostri *Engelschalci* eiusdem ecclesie tunc prepositi totiusque Osterhouensis Chori, reliquique conuentus fratrum construxit, & unacum predictis fratribus a nobis dedicari obtinuit, ac petrimonii sui porcione honeste dotauit. Hec autem sunt predia quae ad dotem consignauit, *Ecclesia Chriesdorf* cum adiacenti predio & molendinis, dimidium mansum *Frigendorff*, predium *Vihausen*, prediolum *Chading*, prediolum supra *Harde*, prediolum *Mulowe*. Hec itaque per manus *Salmanni* sui *Goteboldi de Osterhouen* nobis presentibus super confessionem predictorum confessorum ipsa die dedicationis pretaxati altaris delegauit, presente & petente quoque Uxore & filiis eiusdem H. ea condicione, ut ad idem altare cottidie pro parentibus suis missa defunctorum dicatur: cum tamen Sacerdotum facultas permiserit, dictis aliis missis, quas cano-

nicus

nicus ordo, & eorum regularis consuetudo celebrari exigit, & ut memoria omnium parentum suorum annuatim proxima die post anniuersariam consecrationis diem sepe dicti altaris, id est, V. Kal. Marcii cum plenario defunctorum officio celebretur Insuper ut festum S. Egidii celeberrime cum duplici Festo a clero & populo illius ecclesie celebretur, & in predictis memoriis toti congregacioni de memoratis prediis pro consuetudine celebriorum festorum ad mensas ministretur. Omni ergo conuentu fratrum coram nobis his pactionibus assensum prebentibus nos quoque, ut predicti uiri deuocio exigebat, uolentibus etiam fratribus omnibus omnes prescriptas condiciones ita, ut predictum est, in posterum inconuulse conseruandas, nostra auctoritate & banno communire studuimus, Testes autem horum omnivm fueruut *Poto de Massingen. Hartliep de Wincere & filii eius, Eberhard & Hartliep. Gotebold de Osterhouen, & filii eius Dietrich & Gotebold. Rapoto de Poding. Rudiger de Ebring. Eppo & frater eius Marquard de Hergoltingen. Eberhard & frater eius Eckehard de Anewaltesdorf. Isengrim de Gurckingen. Asicin de Rapholtestorf. Rudiger osso. Dietrich. Chunrad de Osterhouen. Heinrich. Ulrich de Muliheim. Pero & filius eius Chunrad de Lincingen, Chunrad de Otmaringen. Hartmann. Wernhard, homines Hartlippi.* Ut igitur hec predicti largicio Uiri usibus predictorum fratrum in Osterhouen Deo famulantivm prosutura, firma, & inconuulsa perpetuis temporibus permaneat, & ut condiciones eius imutate seruentur, auctoritate Dei omnipotentis & nostra, sub banno, presenti pagina firmamus & stabilimus, & ad indicium firmitatis cum testimonio & fauore Patauiensis chori, paginam hanc Sigilli nostri impressione munimus, Datum Pata-

vie III. Idus Nouembris. Anno ab incarnatione Domini M. C. LVIIII. XI. an. pontificatus Domini Chunradi Patauiensis episcopi. Regnante *FRIDERICO* Romanorum Imperatore VII. anno Regni eius.

N. IX. Concessio Vineæ pro obtinenda fraternitate, & celebrandis Anniuersariis. An. 1168.

Engelscalcus dei gratia Osterhouensis cenobii minister indignus & totus sibi commisse congregacionis conuentus cunctis sibi in Christo succedentibus in perpetuum. Notum esse uolumus tam futuris quam presentibus quasiter Deo deuotus uir *Rvdigerus de Osterhoven* procurator tunc dni. Babenbergensis episcopi uineam emit pro XVIII. talentis, quam huic ecclesie contrudidit eterne mercedis intuitu hac duntaxat conuencione ut sibi ac *coniugi sue Gerdrvdi* ac *filio suo Vlrico* scl. *& fratri suo Vv.* huius congregacionis fraternitas prestaretur, sibi quidem & coniugi plena, fratri vero interim communis, nisi ipse postmodum maiori familiaritate plenam nihilominus promeruerit. Sed & hoc excepit ut medietas uini quod in eadem uinea annuatim collectum fuerit sibi a fratribus nostris a quibus & eadem uinea sicut & alie nostre uinee colenda est in cellaria nostro *Chremese* fideliter conseruetur donec sibi assignetur, altera medietate fratribus ad suos usus & ad uinee culturam cedente. Qui etiam de sua porcione conuentui *pictancium* in commemoracione omnivm fidelivm defunctorum datis VI. urnis uini & L. Caseis facere deliberauit, ea uidelicet intencione, ut in quocunque ipse utpote seculo inplicatus pro uiuis seu mortuis fratribus minus persoluisset, hac elemosina sup-

ſuppleret. Qui ſi forte ſuperſtite uxore uita exceſſerit, exegit, ut de eodem uino illi dominicis diebus unius poculi caritas uel potius commonitorium inpenderetur, reliquum vero uini ad duo anniverſaria cum plenario ſeruicio ad menſas fratrum perſoluenda inpendi decrevit, que anniverſaria ſic deſtinauit ut in ſuo anniverſario predicti filii ſui cum ille nature debitvm exſoluerit memoria, & in uxoris obitu fratris ſui commemoracio nichilominus colligatur, & ſiquod illis anniverſariis reſiduvm fuerit in media quadrageſima & in commemoracione omnium fidelivm ſuperaddi decreuit. Acta ſunt hec in generali capitulo noſtro congregatis tam converſis quam Canonicis omnibus, nobis & omnibus Sacerdotibus per manus reliquo conuentu libenti fauore & aſſenſu laudantibus & confirmantibus ut omnis hec conuencio firma & inconuulſa perpetuo tempore perſeveret, ipſo Rovdigero tremendi judicii ulcionem in eos inprecante qui quicquam horum que ab ipſo & a nobis in uerbo ueritatis deliberata & confirmata ſunt imutare uel minuere aut infringere temptaverit, omni conventu id ipſum inprecante Acta ſunt hec anno duice incarnacionis M. C. LX. VIII. in Sci Thome.

N. X. Conceſſio Feudi in Girching. An. 1172.

Hermannus Dei gratia *Babenberg.* Epiſcopus, cunctis Chriſti fidelibus in perpetuum. Notum eſſe volumus tam futuris quam preſentibus, quod beneficium *Eiſengrini* miniſterialis noſtri de *Guriching* in eadem villa poſitum ab ipſo nobis recognitum & reſignatum Eccleſie ſancte Margarithe & fratribus inibi Deo militantibus ad perpetuam poſſeſſionem tradide-

diderimus. Ut ergo ista traditio nostra usibus predictorum fratrum in perpetuum sub seruitura inconuulsa permaneat, hoc nostre largitionis Chyrographum ad indicium firmitatis impressione Sigilli fecimus nostri muniri. Testes sunt de Choro nostro *Gotpoldus* Archidiac. & Capellanus, *Wilhaimus* Capellanus. De fidelibus ac ministerialibus nostris, *Hertnit de Ratendorff. Albertus de Chamb. Heinr. de Widen, Engelhardus de Pibelnried. Albertus de Tundenuelten, Gundelhohus de Bedelndorf, Marquardus de Wilhalmesforff. Gozwinus & frater eius Rudolfus de Osterhouen. Chunr. de Wintzer, Eppo de Hergolting, Rapoto & filius eius, Rapoto de Pöding, Otto de Steten, Otto Pincerna, Albertus & frater eius, Eberhardus de Jahensforff. Heinr. de Spilwerch*, & plures alii. Actum *Osterhouen*, Anno Incarnationis Dominice MCLXXII. Indictione V. regnante Domino *FRIDERICO* Romanorum Imperatore invictissimo, anno regni eius XVIII. Imperii vero XVII.

N. XI. Jura Ecclesiae Babenbergen. pro aduocatia circa An. 1172.

De reditibus episcopi soluitur frumentum statuto jure in festo S. Michahelis accipiendum, publica taxatione quod uocatur *Fronechuft*. Porci qui uocantur *Siteuris Kinge*, quos economi dant in festo S. Martini, persoluuntur, porci maiores *Specfhwein* in Epiphania. Ceruisia in Purificatione S. Marie. Oues in festo S. Georgii. Porcelli quos economi dant in festo S. Petri in estate dandi sunt. Si placuerit Episcopo pecuniam pro seruitio recipere quod in eius arbitrio est. Pro modio tritici dantur XII. denarii, pro modio siliginis VIII. den. pro modio ave-

avene VI. Porci uillanorum unus XX. nummis, alter XV. Porcus maior de manso LX. num. agnus V. num. ouis redimitur secuudum qualitatem pascue. Pro carrada ceruisie III. solidi maiores soluuntur. Siquis statuta lege & descripto tempore seruitium suum non persoluerit, duplum id est *Zwispilde* vadiabit & bannum procuratori i. e. XII. n. & si maior curie uadimonium ad domum debitoris exegerit, illi etiam duos nummos dabit. quod si secunda uice seruitium non persoluerit, & procuratori inobediens fuerit, simili modo commutabit. Si tertio culpabilis extiterit, de retento seruitio procurator quesita sententia colouorum iudiciaria lege beneficium publicabit. et sine usu fructu in potestate procuratoris stabit X. diebus. & si infra hos Colonus non composuerit, IIII. beneficium perdidit. Siquis Colonus Episcopi tria edicta procuratoris contempserit, que compares sui iudiciaria sententia super eum promulgauerint, tres bannos ad unum placitum plenarie vadiabit, quorum duo procuratori, tertius aduocato cedet. Si cuiuslibet anni sterilitas terre fructus non produxerit, antiqua consuetudine quod terra negauit, coloni reddere non cogentur, nec census ab eis exigetur, & a capitibus suis. Quod si alteruter fructus aut hiemis aut ueris superfederit, de medio fructu medium seruitium antiquo jure persoluetur. Lex est famulorum Curie qui nec habent beneficium quod deseruiant nec sunt redempti de camera Episcopi. Quod siquis est artifex, debet dare de capite suo XXX. nummos, si non est artifex, XV. nisi ex gratia ei aliquid remittatur. Quicunque legitime redimendus est. in publico placito procuratoris redimetur secundum ius & sententiam familiarium. Redemptio autem uiri erit dim. tal. ad censum XXX. den. Redemptio mulieris LX.

num. ad cenſum XII. den. Coloni Epiſcopi ad quamlibet Prepoſituram pertinentes ſeruitium eius ad proximam ducent, ſi eis denuntiatum fuerit, homines & poſſeſſiones fratrum Oſterhouienſium per omnia ſimilem legem & iuſtitiam tenebunt. Aduocatus Oſterhouenſis ex antiqua & inuiolabili conſtitutione & ſanctione irrefragabili lege firmata non debet habere niſi unum legitimum, & generale placitum in Aduocatia duobus continuis diebus. Prima cum hominibus Epiſcopi, altera cum hominibus clauſtri. Quod ſi aliquid emerſerit, quod procurator Epiſcopi & fratres ad illud generale placitum differre nolnerint, vel nequiuerint, pro arbitrio eorum familiariter diſcutiet, quinque uero ſolummodo cauſe ad eius examen ſpectant, id eſt, *vehtat*, *notnunſt*, *nahtprant*, *heimſouechunge & furta*. Horum reus uadiabit aduocato LX. num. pro pelle & capillis ſuis. Si pauper eſt & bannum perſoluere non poteſt, ſiquis amicorum eum redimere uoluerit, datis fidei juſſoribus ne amplius culpabilis fiat, aduocatus renuere non poterit, ſi hec ipſe non fecerit, & nemo pro eo de villa pelletur. In his cauſis aduocatus nihil ultra juris habet. Si homo Epiſcopi collegam ſuum occiderit, reddet hominem longum, ad menſuram VII. Gemundo ſecundum judicium conlegarum eiusdem conditionis. Inſuper dabit Epiſcopo V. tal. quorum tertia pars aduocato cedet. Si extraneus occiderit familiarem, predicto modo componetur, niſi quod tertia pars pecunie cedet Epiſcopo. Non habebit aduocatus exactorem uel *nahuoit*. Sed uillici & *Scriones* Epiſcopi & fratrum exigent ei jus ſuum, & indicent placitum. In tota aduocatia non habebit exactionem vel unius modii. nec in placito ſuo quicquam petendo extorquebit, niſi cum omni beneuolentia aliquid acquirat. Ex antiqua conſtitutione non ſeruitur ei ad placitum ſuum. quo-

niam

niam pie memorie *OTTO* Episcopus mortuo *OULRICO* patauiensi prefecto, qui hanc aduocatiam diu sibi violenter usurpauerat, & uastauerat. Mezelino, seniori, & omnibus sibi perpetuo in hac aduocatia successuris, hanc aduocatiam sub predictis conditionibus firmissime & immutabiliter exceptis, & omnibus in antea temporibus inconuulse conseruandis concessit, & omni seruitio & exactione questus XII. mansos in *Geinchouen* ei in feudo superaddidit. Insuper pie memorie *EBERHARDUS* Episcopus preter iustitiam causa mäioris beniuolentie constituit ei seruitium ad placitum suum, scilicet duos modios tritici, vel ducentos panes, duos porcos, quorum unus ualeat XX. num. alter XV. X. gallinas, XX. caseos. C. ouá. duas urnas vini, IV. umas ceruisie. VI. modios pabuli. Hoc seruitium datur ei Osterhouen, duobus diebus placiti sui. Una die dat Procurator Episcopi, altera die procurator fratrum. Tantundem seruitur ei *Eringen* & *Aspach*, ea tamen conditione, ut aduocatus remittat servitium, quod prius ei de *Eringen* persoluebatur. Si fur extraneus in uilla captus fuerit, *Scerioni Comitis* tradetur extra uillam, sicut cingulo tenus uestitus est. Si homo Episcopi fur essepublicatus fuerit, II. tal. bis redimi potest, & exlex erit. Si tertio infamatus fuerit, extra uillam similiter iudici tradetur. Si quis culpabilis fuerit in homicidio vel furto, vel quacunque re, non debet capi, nec ab aduocato, nec a procuratore, sed *Scerio* cum collegis suis omnia, que habebit, publicabit, donec ille se purgauerit. Tectum Monasterii debent procuratores de Osterhouen reparare & Winzer. Ex parte claustri ille de Osterhouen, ex parte Curie ille de Winzer, & tegule semper ibi debent parate esse, quas procuratores prebebunt, quibus Sacrista tectum reficiat. Tectum vero Sanctuarii & turrium & fenestras fratres procurabunt. Censuales V. den. nec placitis

nec exactionibus nec qualibet uiolentia ab aduocato arctabuntur, nec feudi jure aduocatum eis preponet, nisi a prepositis uel procuratoribus pro externis nuptiis vel aliqua supradictarum culparum ei delati fuerint, pro quibus uadium supradictum exsoluent. Hec aduocatie iura prout a pie memorie venerabili Babenbergensis Ecclesie pontifice Domno *OTTONE* instituta & sancita erant, firmissimis pactionibus ab antiquioribus eiusdem Ecclesie Ministerialibus & melioribus ac ueteranis de familia, qui eisdem institutis intererant, coram Domno. *EBERHARDO* Episcopo recensita & testificata, & ab ipso nihilominus adprobata, renouata, & memorie commendata, Ego *HERMANNUS* Dei gratia in eadem sede successor indignus, hec eadem & cetera Ecclesie ac familie nostre iura, sicut supra digesta sunt, & ad nos conseruata, recolens, & confirmans huius instituti paginam ne quis temerare presumat uel infringere, ad indicium firmitatis Sigillo nostro muniri feci.

Originale cum Sigillo.

N. XII. Concambium pro decima Geroltingen, Grezenraut & Wartperch An. 1177.

Theobaldus celesti gratia *Patauien.* Episcopus. Cunctis Ecclesiæ suæ Christique fidelibus perpetuam in ipso salutem. Multorum ante nos religiosis patrum incitati exemplis fratribus quibuscunque sed precipue deuote Domino seruientibus fauore & justa petentibus assensum pariter & operam libenter debemus impendere. Proinde concambium quoddam infra subnotatum tam in nostra quam multorum fidelium presentia Patauie ante aram S. Protomartyris Stephani ex equo & utiliter habitum, scripto nos & testibus in perpetuum notificare & coruie

roborare dignum & neceſſe duximus. Cuius tenorem a modernis pariter & futuris Chriſti fidelibus, iugiter in omni tempore in memoria retineri cupientes, cunctis innoteſcere volumus, quod religioſi fratres de domo S. Margarethe in *Oſterhouen* cum fratribus noſtris de choro utile ineuntes concambium per manum aduocati ſui *Adelberti de CHAMB* tradiderunt prefato Protomartyri arua quedam ſue proprietatis, *Chedingen* videlicet, & *Rüthe* in perpetuos Cathedralium uſus habenda, ipſique viciſſim in recompenſationem tertiam decimarum partem receperunt, quam noſtri fratres prenominati choro videlicet preſidentes habebant viculis annotatis. Hoc eſt *Centingen*, *Geroltingen*, *Grezenrauth* & *Wartperche*. Amplius quoque iidem religioſi cenobitæ eodem in loco ſimul & tempore per manum eiusdem patroni ſui tradiderunt ad predictum altare predium, quod habebant *Mezingen*, quo ſtatim inbenefaciatus *Adelramus de CHAMBE* per manum noſtram reſignauit nobis duas partes decimarum in predictis pagis perſoluendas, quas nihilominus eisdem cenobitis iugiter obtinendas tradidimus. Et ad huius, modi actionis contractus, omnem reſpuent contradictionem * ſtabilis maneat, & ſemper indiſturbatus, chartam hanc inde conſcribi, & ſigilli noſtri affixione, ut eſt euidens, iuſſimus inſigniri, cum teſtibus ſubter appoſitis. Ex Nobilibus. *Engelbertus de Blanchenberch*, *Albertus & frater eius Alramus de Chamb.* Ex miniſterialibus vero *Heinricus de Spilberich*, *Rugerus de Holzhauſen*, *Pabo de Galchweis*, *Gumpolt de Pornheim*, *Waltherus de Eninchkel*, *Rapoto de Pöding*, *Alkerus de Waldekk & filii eius*, *Alkerus & Heinricus. Chaldelaus de Valchkenſteinne*, *Eberhardus de Bu-*

* *Ita apud Hundium Forte autem legendum*: Et ut huiusmodi actionis contractus omnem reſpuat contradictionem; ſtabilisque maneat, &c.

chenberg, *Wernherus de Aichenbach*, *Perngerus de Wahendorff*. *Rapoto de Pfaffensteten*. Data sunt Patauii predicta. Anno ab incarnatione Domini MCLXXVII. Indictione vero IX. Ego *Fridericus* Decanus Pat. Laudo & subscribo. *Sighardus* laudo & subscribo. Ego *Albertus* L. & SS. Ego *Jacolus* L. & SS. Ego *Frid.* L. & SS. Ego *Pilgrinus* L. & SS. Ego *Gozwinus* L. & SS. Ego *Heinr.* L. & SS. Ego *Dietmarus* Laudo, & SS. Ego *Adalbero* L. & SS. Ego *Wilhelmus* L. & SS. Ego *Gerhardus* L. & SS. Ego *Reinboto* L. & SS. Ego *Wernhardus* L. & SS. Ego *Udalricus* L. & SS. Ego *Purchardus* Laudo, & subscribo. Dat. Patau. per manus Domini Henrici Scholastici VII. Kal. Jun. regnante Domino *FRIDERICO* Roman. Imperatore inuictissimo, anno regni eius XX. Imperii vero XVIII.

N. XIII. Concambium memorabile. Anno 1180.

† In nomine sancte Trinitatis & indiuidue Unitatis.

Ego *OTTO* dei gratia babenbergensis ecclesie episcopus notum facio omnibus tam futuris quam presentibus concambium illud quod inter nos & dilectum fratrem nostrum *ENGILSALCUM* Osterhouensis cenobii prepositum & eius fratres factum est. Ex prima & antiqua Osterheuensis cenobii fundatione & institutione fratribus ibidem deo seruientibus quedam pecunia de reditibus domni. babenbergensis episcopi ad officium eorum uestiarii annuatim persoluebatur. Hec autem pecunia de officiis sex locorum domni Episcopi collecta sic dabatur. De *Osterhouen* duo talenta & sexaginta nummi dabantur. De *Wincer* quatuor talenta & trigínta nummi. De *Dingoluingen* dimidium talentum. De *Eringen* quinque solidi. Octo & decem nummi. De *Matichouen* septem solidi & sex nummi. Pecunia autem hec in unam summam computata nouem talenta &

tres

tres ſolidi ſiunt. Hoc ita uerum eſſe diligenti inquiſitione & computatione habita, procuratoribus ipſorum officiorum teſtificantibus inuenimus, quia uero pecunia deſcripta a fratribus eiusdem clauſtri ſparſim & laborioſe colligebatur, & interdum eis dari diu differebatur, rogatu ſupra dicti dilecti fratris noſtri *Engilſcalci* prepoſiti & eius fratrum, eandem pecuniam ab eis in concambium accepimus, & pro remedio anime noſtre tantundem, id eſt, nouem talenta & tres ſolidos de Salina noſtra apud *Halle'*a prepoſito noſtro eiuſdem Saline quicunque fuerit, annuatim his temporibus, quibus nobis datur, & eo Jure, quo nobis datur, accipiendam tradidimus & delegauimus. Hi teſtes adhibiti ſunt.

PERHTOLDUS marchio de Andehſen, & filius eius PERHTOLDUS marchio. Miniſteriales eorundem. *Gotefridus & ortungus de Andehſen.* Capellani epiſcopi. Dns. *Hermannus de Wilhalmeſdorf.* dns. *Liupoldus de Uelden.* dns. *Adelbertus de Crana.* dns. *Fridericus Matichonen.* Miniſteriales Epiſcopi. *Gundelhohus dapifer. Otto pincerna, Adelbertus marſcalcus de Tundeuet. Marcwardus de Purgeline. Herbordus de Hage. Marcwardus pincerna. Wicgerus de Stein. Heinricus de Gichc. Heinricus de Oberngeſalze. Eberhardus nobilis de Wolueſperc. Burchardus nobilis de Laudenpurc de Saxonia. Oudalricus nobilis de Otlobesdorf.* Miniſteriales epiſcopi. *Eppo de Wincer. Chunradus de Wincer. Chunradus de Gundelehouen. Goteboldus de Oſkouen. Rudiger & filius eius Ouldalricus. & frater eius Oudalricus. Rapoto de Podingen. Gozwinus de franegenburc. Wernardus de Pillenowe. Dns. Adelbertus & frater eius Alrammus. Wolchun. de Chambe. Marcwardus laiderfruent de Matichauen.*

Data

Data *Aleſſe* Anno dnice. incarnationis Milleſimo centeſimo octogeſimo. Indictione XIII. regnante Friderico romanorum imperatore. (*)

N. XIV. De Hubis in Oſterhouen. Anno 1188.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis.

Ego *OTTO* Dei gratia Babynbergenſis Epiſcopus, ſanctorum, qui ante nos fuerunt, Epiſcoporum exemplo inducti, immo apoſtolica admonitione informati ſeruorum Dei inopiam noſtra ſupplere debemus habundantia, ut pro omnibus & pro his, qui in Sublimitatibus ſunt, liberius exorare poſſint. Proinde manſum illum, quem *Ulricus* filius *Rudigeri* quondam procuratoris mei in *Oſterhouen.* in beneficium habuit, qui eodem *Ulrico* mortuo michi uacabat, Domno *Walthero* prepoſito in *Oſterhouen*, & fratribus eius ad ſeruiendum Deo in eodem loco ſub eo collectis epiſcopatui & nobis ſemper deuotis, jure perpetuo tradidimus, hoc pacto, ut ſeruicium, quod ex illo manſo debetur, annuatim ſoluant. Ut factum hoc firmum & ratum permaneat, ne ab aliquo conuelli debeat, huius ſcripti paginam ſigilli noſtri impreſſione, teſtibus quoque multis & idoneis muniuimus. Teſtes ſunt de Choro Babenbergenſi Domnus *Oulricus Archidiaconus de Hergoltesſpach.* Domnus *Tiemo Prepoſitus* S. Stephani. *Otto de Liutenbach.* De Miniſterialibus

Gun-

(*) Exſtat hoc ipſum Diploma etiam apud *Hundium*, ſed ut pleraque, admodum mendoſe, ut cum noſtro, quod ex originali tranſſumtum eſt, conferenti patebit.

Conſtat porro ex Calculis in hoc Concambio ſubductis, ſolidum conſtare 30. Nummis, & octo ſolidos conſtituere Talentum, hocque uni Libræ æquiualere, habito ſaltem ad illud tempus reſpectu.

Gundelohus dapifer. Otto de Sleten. Gozwinus de Oſterhouen. Eppo de Wincer. & Chunradus de Wincer. Rapoto de Pödingen. Eberhardus de Anowaltſtorff. Albertus de Lahenſtorf. Goteboldus. *Giſehler. Eppo & frater eius Otto. Rudolf. Meingoz. Heinricus Uillicus. Eberhardus mimus. Gnœmil Sahſo*, Oſterhouenſes. *Perngerus* procurator Epiſcopi de Walherdorff. Data Anno Milleſimo Centeſimo octogeſimo octavo.

Sigillum.

N. XV. Anniuerſarium Pabonis Sacerdotis. An. 1188.

Memorie preſentium & futurorum ſcripto tradere dignum duximus, qualiter deo deuotus *Pabo Alburgenſis* eccleſie tunc temporis miniſter idoneus & Sacerdos nobis ex amico factus eſt amiciſſimus. Cvm enim ad nos deſcendiſſet, & mores noſtros & inſtitutionem noſtram prudenter & ſubtiliter conſideraſſet, reſpectu eterne beatitudinis exſpectans partem in retributione omnivm iuſtorum conſilivm fuit ei tractare nobiscvm de rebvs anime ſue. Vt autem id conſilivm ſuvm perduceret ad effectvm, elegit magis affligi detrimento temporalium rervm, quam privari iocunditate futurorum bonorum. Vnde eſt, quod uineam XII. talentis emptam nobis tradidit hoc pacto: ut dies obitus eivs cvm pleno officio Vigiliarvm & miſſa defunctorvm apud nos ſingulis annis agatur, & eadem die Conuentui ad menſas plenarie ſeruiatur. Porro ut anniuerſarivs hic ratvs & inconuulſus omni perſeueret tempore, tenaci pacto firmauit, laudante hoc & confirmante & preſentis ſcripti Cyrografo poſteris commendante Domno W. Pre-

posito cum totius Congregationis fauore & assensv in generali Capitulo. Acta sunt hec anno incarnationis Dominice M. C. LXXXVIII.

Originale cum Sigillo.

N. XVI. De Decima Vinearum in Austria. An. 1188.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis.

Ego *Theobaldus* sancte Patauien. Ecclesie Episcopus. Commisse nobis dispensationis auctoritas exigit & debitum Caritatis nichilominus expostulare videtur, qnod Monasteria in Episcopatu nostro constructa prouida debeamus sollicitudine respicere, & personas, que in eis diuinis sunt mancipate obsequiis, paterne diligere, & earum indigentiis propensius subuenire. Hoc enim ad incrementum salutis nostre & Ecclesie a Deo nobis Commisse prouenire non dubitamus. Proinde presentium claresçat notitie & futurorum innotesçat memorie, quomodo nos propria inducti benignitate, consilio quoque Chori nostri & Ministerialium Patavienſis Ecclesie salubrius inuitati, quasdam decimas que de vineis fratrum de *Osterhouen* nobis & Episcopatui annuatim persolui debuerant, Preposito prefati Monasterii, qui tunc pro tempore fuerat, & fratribus ibidem. Deo militantibus eorum indigentiis subuenientes, quia virtus hospitalitatis apud eos plerumque vigere videtur, quasi in personale beneficium concessimus duntaxat quod decimationes illas in diebus pontificatus nostri quiete & sine difficultate qualibet possidere deberent. Volentes igitur *Waltherus prepositus* & fratres prenominati Monasterii incerta pro certis commutare,

&

& ea, que ipſis in beneficium conceſſa fuerant, in predium & perpetuam donationem redigere, paternitatem noſtram multis & aſſiduis precibus exflagitare ſtuduerunt, quatinus aliquod predium quod predictarum penſionibus decimationum equipolleiter & ex equo & ex integro annuatim reſpondere valeret, in concambium ipſarum recipere vellemus. Precibus quoque illorum benignius inclinati etiam Monaſterii prouida animaduerſione conſulentes deſideriis petentium ſatisfacere duximus eatenus, quod predium quoddam *Ibishouen* nuncupatum iuxta flumen *Wolfa* ſitum, quod in agris cultis & incultis, ſiluis quoque & in pratis in eſtimatione trium hubarum & dimid. cum adiacente ſibi molendino per manum *nobilis Viri Adelberti de Chamb aduocuti Monaſterii ipſorum* ſuper altare *S. Valentini* pretioſi confeſſoris Domini delegatum ſuſcepimus predium Epiſcopatus noſtri dominicalibus & prediis publice & ſolempniter attitulantes, hac interpoſita condicione, quod in arbitrio colonorum ſupra nominati predii poneretur, ſi nobiscum vellent, vel cum eo ad quem ex noſtra conceſſione prefatum deuolueretur predium, ſine coactione & angaria qualibet permanere debeant. Si vero ipſis nobis cohabitare non placuerit *lege colonica* abire permittantur. Sane decimas omnium vinearum quas tunc temporis apud *Chremſam* habuerunt, vel in poſterum emptione, vel etiam fidelium donatione, Domino auxiliante adipiſci potuerint, eis in perpetuam proprietatem pontificali tradimus poteſtate, hoc adjecto, quod exinde anniuerſarius obitus noſtri apud eos orationibus & elemoſinis, ſicut fieri aſſolet, obſeruetur. Ut ergo hec donacionis noſtre memorie cunctis futuris temporibus inconuulſa & illibata permaneat, nos hanc inde chartam conſcribi, & ſigilli noſtri im-

preſſione muniri iuſſimus, adiicientes, ut nullus ſucceſſorum noſtrorum hanc noſtre auctoritatis paginam infringere, & prefatis fratribus factam donationem auferre, minuere, vel abalienare preſumat. Huius rei teſtes ſunt, *Adalbertus aduocatus de CHAMB & frater eius Alramus.* Ego *THEOBALDUS* Pat. Epiſcopus SS. Ego *Fridericus* SS. Ego *Vdalricus Ardeacenſis Prepoſitus* & Diacon. SS. Ego *Meingotus* Patau. Archidiac. SS. Ego *Rudigerus* Diacon. & Scholaſticus. SS. Ego *Heinricus* presb. SS. Ego *Megenhalmus* presb. Theſaurarius SS. Ego *Henricus Prepoſitus S. Nicolaui.* SS. Ego *Purchardus de Chamb* Subdiac. & Capellanus Curie SS. Ego *Wernherus de Aſcha* presb. SS. Ego *Chunradus de Purchauſen* presb. SS. Ego *Rudigerus de Aheim* Subdiaconus SS. Ego *Tyemo Subdiac.* SS. Ego *Ritherus Scholaſticus Friſacenſis* & Subdiac. SS. Datum in Palacio Patauienſi per manum *Tagenonis notarii & presbyteri Eccleſiae S. Andreae in Auſtria, juxta montes Comagenos.* Anno incarnationis Dominicae MCLXXXVIII. Indictione X. ſub Domino *Vrbano* Papa III. regnante Domino *FRIDERICO* Imperatore glorioſiſſimo, Anno regni eius XXXVII. Pontificatus vero Domini *Theobaldi* XVI.

N. XVII. Privilegium Immunitatis patavienſis An. 1195.

† In nomine Sancte & indiuidue Trinitatis. *Wolfkerus* Dei gratia Patavjenſis Epiſcopus. Omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Epiſcopalis Officii dignitas exigit loca uenerabilia, atque religioſas ſancte converſationis hominum perſonas pio amore complecti, eorumque juſtis poſtulationibus aurem benignam apponere. Qua propter Kariſſimi in Chriſto fratris no-

noſtri dni *Gerungi* Venerabilis prepoſiti in *Oſterhoven*, ſancteque illius Loci Congregationis precibus, & benignis, que nobis ſedulo exhibent, ſeruiciis inclinati, ſimul etiam iuge Sacrificium cottidiane laudis, quod ibi deo ſollemniter offertur, conſiderantes, ad eivsdem diuini ſeruicii incrementum & Sacri Conuentus augendum ſubſidium iuſticiam fori noſtri in *Patauia*, quod *MARCHTREHT* dicunt, iuſticiam quoque noſtram de Theloneo, quod *Mutta* uocatur, in nauibus ipſorum uictualia portantibus, eis in perpetuum cum coniuentia fratrum noſtrorum de Choro & miniſterialium, in perpetuum remiſimus, quatinvs ſicut ibi iugiter ſalutaris hoſtia immolatur, ita & noſtri iugis memoria habeatur. Et ut hec noſtra remiſſio ſemper eidem loco inconuulſa permaneat, atque inuiolabiliter obſeruetur, hanc cartam noſtro Sigillo roboratam eis conſcribi & ſignari, precepimvs. Teſtes etiam ſubter annotari mandauimvs. Ego *Henricvs decanus* laudo & ſubſcribo. Ego *Meingotus* Archidiac. & Prepoſitus SS. Ego *Heinricvs* Sacerdos SS. Ego *Arnoldus* Subdiac. SS. Ego *Ditmarus* ſubſcribo. Ego *Ortolfus* prepoſitus SS. Ego *Richervs* SS. Ego *Heinricus* SS. Ego *Wernherus* ſubſcribo. Ego *Meinhardus* SS. Ego *Arnoldus* SS. Ego *Tymo* SS. Ego *Heinricus* SS. Ego *Walhkun* SS. T. *Rihkerus de Weſen. Eckolfus de Warte. Chunradus dapifer. Siboto de Ainharteſtorf. Albertus puer. Tiemo de pucheńberc. Willehalmus de Stein. Meinhalmus. Walchun de Scaltarn. Pernoldus niger. Pernoldus rufus. Heinricus Comes de ORTENBERGE. Altmannus de Helingersberge.* Acta ſunt hec anno dnice Incarn. M. C. XC. V. Indictione XIII, XI. Kal. Septembris. Anno Pontificatus dni.

CELESTINI pp. V. Anno Imperii dni *HEINRICI* Impris inuictissimi V. Anno etiam Pontificatus nostri V. feliciter. Amen. (*)

Originale cum Sigillo.

N. XVIII. Recognitio Georgii Episcopi Patav. An. 1401.

Nos *Georgius* dei & apostolice sedis gratia Episcopus Patauiensis. Notum facimus Vniuersis presentes Litteras inspecturis. Nos Litteras felicis memorie Reuerendi patris domni *Wolfkeri* quondam Patauien. Ecclesie Pontificis predecessoris nostri, eius uero Sigillo appendente ut prima apparebant facie sigillatas, sanas & integras vicio & suspitione carentes nobis pro parte venerabilis & religiosorum in Christo dilectorum Abbatis & Conuentus Monasterii in Osterhouen nostre diocesis presentatas recepisse in hec uerba. (*Sequitur præmissum Privilegium Wolfkeri insertum.*) Post quarum quidem Litterarum exhibitionem, humili ac deuota instancia nobis extitit supplicatum, quatenus litteras easdem dei & ordinis intuitu ratificare, approbare confirmare gratiosius dignaremur. Nos itaque attendentes ipsorum Abbatis & Conuentus supradicti Monasterii in Osterhouen iustam & deuotam peticionem, & quod *summa sit ratio que pro religione facit*, litteras memoratas, ac

(*) Idem Privilegium nonnulli in Episcopatu patauiensi Successores non modo recognoscere, sed sua quoque Authoritate firmare voluerunt, quorum Diplomata huc pertinentia mox subjungere visum est.

ac omnia & singula in eisdem contenta, ratificamus & approbamus, nec non presentis Scripti patrocinio confirmamus. In cuius rei euidens testimonium & certitudinem pleniorem presentes litteras fieri, ac Sigilli nostri appensione fecimus communiri.

Datum Patauie vicesima secunda die Mensis Aprilis. Anno domini millesimo quadringentesimo primo.

Originale, abrupto Sigillo.

N. XIX. Recognitio, & Confirmatio LEOPOLDI, ex Archiducibus Austriæ Episcopi Patavienſis, insertam habens alteram *Wigulei* de Anno 1503.

An. 1629.

LEOPOLDUS Gulielmus, Dei gratia *Archidux Austriæ, Episcopus Argentinensis, & Patavienſis, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolis, & Wirtenbergæ, Landtgravius Alsatiæ, Comes Tirolis &c.* Venerabili, ac Religiosis Viris nobis in Christo syncere dilectis, *Georgio* Abbati, & Conventui Monasterii in *Osterhoven*, Ordinis Præmonstratensium, nostræ Diœcesis Salutem, & Benevolentiam nostram. Notum facimus omnibus, & singulis, quod supradicti Abbas, & Conventus nobis supplices indicarint, se gratia honoratorum Prædecessorum nostrorum quibusdam Juribus, ac privilegiis gaudere, uti pateret ex Litteris Reverendissimi Domini *Wigulei*, iam dudum defuncti Episcopi, quarum sequens est Tenor:

Anno 1503.

„ Nos *Wiguleus* Dei gratia Epiſcopus Patavienſis notum
„ facimus univerſis præſentes Litteras inſpecturis, Nos
„ Litteras felicis memoriæ *Wolferi* quondam Patavienſis Ec-
„ cleſiæ Pontificis, Prædeceſſoris, eius vero Sigillo appenden-
„ te, ut prima apparebant facie, ſigillatas ſanas, & integras
„ omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes nobis parte Ve-
„ nerabilis, & Religioſorum in Chriſto dilectorum Abbatis, &
„ Conventus Monaſterii in Oſterhoven, Ordinis Præmonſtra-
„ tenſium noſtræ Diœceſis præſentibus recepiſſe in hæc verba:
„ In Nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis. *Wolferus Dei*
„ *gratia Patavienſis Epiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus in per-*
„ *petuum. ut ſupra.* Poſt quarum litterarum exhibitionem humili,
„ & devota inſtantia nobis fuit ſupplicatum, quatenus Litteras
„ eaſdem Dei, & Ordinis intuitu ratificare, approbare, & confir-
„ mare gratioſius dignaremur. Nos itaque attendentes ipſo-
„ rum Abbatis, & Conventus Monaſterii in Oſterhoven iuſtam
„ & devotam petitionem, & quod ſumma ſit ratio, quæ pro
„ Religione facit, Litteras memoratas, ac omnia, & ſingula
„ in eis Contenta ratificamus, & approbamus, nec non præ-
„ ſentis ſcripti patrocinio confirmamus; in cuius rei evidens
„ teſtimonium, & certitudinem pleniorem præſentes litteras
„ ſigilli noſtri appenſione communiri facimus. Data Pataviæ
„ die duodecima menſis Februarii anno Milleſimo quingente-
„ ſimo tertio. „ Cupientes igitur omnes, & ſingulos in ſuis
Juribus, ac privilegiis conſervare, & tueri, cum primis au-

Ju-

tem illos, quos singularis devotio, ac religionis cultus, vitæque modestia præ ceteris nobis commendat, supplici huic petitioni annuere, & prædicta Jura, & libertates per Prædecessores nostros gratiose datas, & concessas, in omnibus suis punctis, clausulis, & articulis certa nostra scientia vigore, & robore præsentium innovare, approbare, & confirmare voluimus, atque hisce innovamus, approbamus, ac confirmamus. In cuius evidens testimonium sigillum nostrum appendi fecimus. Datæ in Civitate nostra Patavienſi septima mensis Julii anno Dominicæ Incarnationis Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Nono.

Originale cum Sigillo.

Tab. Osterhoven. N. 9.

N. XX. Immunitas Mutæ & Thelonei per terram Austriæ. An. 1196.

† In nomine sancte & indiuidue Trinitatis Patris & filii & Spiritus sancti Amen.

FRIDERICUS Dux Austrie omnibus in perpetuum. †

Omnibus Christianis expedit precipue his, quos Deus Principes populorum esse uoluit & judices fideles, qui per eum regnant & saluari desiderant, bone conuersationis homines & loca pia ac venerabilia summo affectu & deuoto patrocinio beneficii amplecti & aures benignitatis nostre iustis postulationibus illorum accommodare: ea propter accidit, quod Dominus *Gerungus* venerabilis & dilectus noster Prepositus in

Oſterhouen cum fratribus inibi Deo famulantibus accedentes preſentiam noſtram iugiter uos rogarunt quatenus reſpectu Dei Pro ſalute noſtra & redemptione Patris mei, qui eis nocuerat in expeditionibus ſuis & omnium parentum noſtrorum ad augmentum quotidiani ſeruitii Dei iuſtitiam noſtram, que *muta* dicitur, in nauibus victualia eorum portantibus remitteremus ſperantes, Communionem orationum eorum habeamus, hanc autem gratiam & iuſtitiam Conſilio & Conniuentia fidelium miniſterialium noſtrorum prefato loco contulimus, & impreſſione Sigilli noſtri muniri, & confirmari precepimus, ut ratum & inconuulſum perpetualiter maneat, teſtimonio omnium infra deſcriptorum corroboramus.

Wolfkerus Epiſcopus Patavien. cuius petitione & ſuffragio hoc beneficium conſecuti ſumus. *Wernherus de Griexpach. Chrafto de Ancineſpach. Albertus de Chambe. Rapoto de Steine. Hadmarus de Chumringen. Wichardus Bapifer de Scuelde, Wichardus de Hebingen. Iſenricus de Annedorff. Hugo de Pazawe. Ortolfus de Azenburche. Otto & frater eius Adeloldus. Hartungus de Chiowe. Otto de Puchperch. Chalhohus de Mieſowe. Otto de Porſenprunne. Fridericus Pipnaph. Otto de Radinprunne. Chalhohus & frater eius Pilgrimus, & filius eiusdem. Albero de Mulbach. Ulricus de Glokenz. Gerhardus de Stein. Henricus de Chieowe. Hugo & filius eius. Henricus de Molandeſtorff. Tiemo gewelden, Dietmarus de Lihtenſtein. Poppo de Pernekke. Henr. Letesbart de Chremis. Sifridus judex. Eberger. Hunoldus. Sifridus in foro. Engelfridus Heinr. Cognomine Dux. Ortwinus prolocutor. Leopoldus Wechsler. Hermanus Vauh. Eberger. Meinhardus & Pater eius Pitterolfus. Aigilo. Sigemarus de Stein. Ulricus*

Stru-

Strudel. Uto. Ekehardus. Gerungus. Rapoto. Ungesmach. Albero Munt. Aswin. Marquardus Vinitor. Heinr. Zugilinch. Heinr. Muter. Albholus. Rudolfus. Stiuch. Fridericus. Acta sunt hec VIII. Kal. Aprilis in Castro *Chieowe.* anno ab incarnatione Domini MCXCVI. Indictione XIIII. regnante inuictissimo Romanorum Augusto *HEINRICO.* anno autem Imperii eius VI. feliciter Amen. †

Originale cum Sigillo.

Tab. Osterhov. N. 1.

Num. XXI. Donatio libertatis sine Muta & Theloneo. An. 1196.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis.

FRIDERICUS Dei gratia *Dux Austrie* omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quia ualde nobis pertimescendum est, ne nos qui plus ceteris aliquid in hoc mundo accepisse videmur ab auctore mundi grauius judicemur. Ideirco sanctos & religiosos viros in locis venerabilibus degentes eos ibi Domino seruientes summa ueneratione colendos & de facultatibus nostris eos adjuuandos dignum ducimus quatinus in retributione iustorum per eorum orationes fieri mereamur premio beati qui sumus pietate deuoti, ut recipiamus pro paruis magna, pro terrenis celestia, pro temporalibus sempiterna. Magna igitur instantia Domini *Gerungi* venerabilis Prepositi in *Osterhouen*, simul & fratrum eius precibus deuicti diuine mercedis intuitu & pro remedio Patris nostri qui eis in expedi-

tionibus ſuis grauiter nocuerat, & omnium parentum noſtrorum iuſtitiam noſtram, que vulgo *Aluta* vocatur, in nanibus victualia eorum portantibus plenarie ipſis & in perpetuum remiſimus, & ne quis ſucceſſorum aut officialium noſtrorum hanc noſtre benignitatis & remedii donationem infringere audeat, vel contra eam temere venire preſumat, preſentem paginam conſcribi fecimus, & Sigilli noſtri munimine roborauimus; teſtes etiam annotari precepimus. *Wolfkerus* Epiſcopus Pat. cuius ſuffragio impetratum eſt. *Wernherus de Griezbach. Chraffto de Antzinſpach. Albertus de Chambe. Rapoto de Stein. Hadmarus de Chunring. Weichardus dapifer de Seueld. Wichardus de Hebingen. Eiſenricus de Amedorf. Hugo de Pazowe. Ortolfus Azenpurke. Otto & fratres eius Adeloldus, Hartungus de Chiowe, Otto de Puchperch. Chalhohus de Maichſowe. Otto de Porſenprunne. Fridericus Pibnapf. Otto de Radenpone. Pilgrimus de Mulbach, & filiis eius. Albero & frater eius. Chalhohus: Ulr. de Glotzen. Gebhardus de Stein. Henricus de Chiowe. Rudolfus Stuck. Hugo & filius Henricus de Molanſtorf. Tiemo Gewaeltel. Dietmarus de Liechtenſtein. Poppo de Perneckk. Henricus de Letespart. Dietricus & Pernoldus Mutarii & Monetarii eo tempore de Chrembs. Sifridus judex. Eberger. Hunolt. Sifridus in foro. Engelfridus. Heinr. Dux Ortwinus Vorſprech. Leopoldus Wechsler. Hermanne Vauh. Meinhardus & pater eius Pitrolfus. Aiglo. Sigmarus de Stein. Ungesmach. Albero Munt. Askwinus. Marquardus Viniar. Heinr. Zugelinch. Heinr. Muter. Alhohus. Fridericus.* Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCXCVI. Indictione XIV. in caſtro Chiowe. VIII. Kal. Aprilis, regnante Domino Heinrico

in-

inuictissimo Romanorum Imperatore & semper Augusto, anno Imperii eius VI. In nomine Domini feliciter Amen.

Hoc, & duo alia Diplomata secundum ordinem Chronologicum heic inserta coram Notario & testibus fuere recognita, ad hunc, qui sequitur Modum:

N. XXII.

Nos *Seifridus* Prepositus Ecclesie Patauiensis uniuersis & singulis presentes Litteras inspecturis quorum interest vel intererit pateat euidenter. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto Indictione secunda die vero Mensis Augusti vicesima tertia Regnante glorioſissimo ac Inuictissimo Dno. Dno. *FRIDERICO* Romanorum Imperatore semper Augusto nec non Duce Austrie Stirie Karinthie & Carniole S. Regni eius anno quarto. Constitutus personaliter coram nobis Venerabilis in Christo pater & Dns. Dns. *Johannes* diuina permissione Abbas Monasterii in *Osterhouen* Ord. Premonstraten. Patauien. Dioces. habens & tenens in suis manibus tres literas priuilegiales, ab inclitissimis Dominis Ducibus Austrie emanatas eorumque Sigillis sanis fericeis appendentibus sigillatas non cancellatas non rasas, non viciatas neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vicio & suspicione carentes in nostri ac Notarii publici ad hoc vocati Testiumque infra scriptorum presencia exhibuit supplicans obnixe easdem literas ad habundancioris cautelam per nos exemplari, copiari, transumi, & in publicam formam redigi, nostrisque patentibus literis inseri, ita quod huius modi transsumpto vbi-

libet locorum ſtetur, credatur, & adhibeatur plena fides in Judicio & extra tamquam ipſis literis originalibus, attentendentes, quod propter viarum diſcrimina ac alias incommoditates que dictus Pater ſibi exinde euenire timuit, periculoſum ſit huiusmodi Literas originales exhibere & per locorum diſtantias varias deportare. Tenor vero ipſarum literarum vt ſupra fit mencio nil addito vel diminuto quod facti ſubſtantiam mutet aut variet intellectum per omnia ſequitur & eſt talis: *IN NOMINE* &c. *FRIDERICUS* &c. ut ſupra - N. XXI.

FRIDERICUS DEI GRATIA DUX AUSTRIE . . . anno Dni M. CC. XLI. VII. Idus Marcy quarte decime Indictionis. *Habetur infra N. XLIV.*

OTOCHARUS DEI GRA. DUX &c. . . Anno Dni MCCLII. V. Idus Decembris. *reperitur infra N. LII.*

Nos vero *Seifridus* Prepoſitus antedictus precibus pretacti Venerabilis Patris annuentes literis preſcriptis primo diligenter examinatis, ac de Verbo ad Verbum coram nobis per Notarium & teſtibus infra ſcriptis & articulis plene & per omnia cum preſenti tranſſumpto vidimus concordare. Idcirco preſens tranſſumptum per infra ſcriptum Notarium exemplatum, & in hanc publicam formam redactum, ipſumque ſic tranſſumi exemplari & in publicam formam redigi decreuimus & decernimus per preſentes, Sigillique noſtri appenſione, vicaria ſubſcriptione Notarii & ciusdem Signeti impreſſione fecimus communiri. Acta ſunt hec in Monaſterio *Oſterhouen* in aula abbaciali Indictione, Die, Menſe & aliis quibus ſupra. Preſentibus ibidem Nobilibus ac circumſpectis Viris *Leonardo Mulherr Caſtellano in Gramplſtain* & *Andrea Liechteneg-*

negker in Gerhalbing Armigeris. Michaele Krench: Stephano Pogner, & Stephano Ziegler Laic. Teſtibus ad premiſſa vocatis pariter & rogatis.

Sign. Notarii.

Ego Petrus Stamphſrewter Clericus publicus ſacra imperiali auctoritate Notarius. Quia predictarum trium Literarum prout preſenti tranſſumpto ſunt inſerte productioni earundem exemplationi, peticioni omnibusque aliis dum ſicut premittitur per venerabilem Dnum Abbatem in Oſterhouen ante dictum coram Rvdo Patre Dno Seifrido Prepoſito ſupradicto fierent & agerentur unacum prenominatis Teſtibus preſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi. Idcirco hoc preſens publicum tranſſumptum reſpectu dictarum literarum Originalium per me Notarium & teſtes predictos debite Collationatum, exinde conſeci, ſcripſi, & in hanc publicam formam redēgi, Signoque & nomine meo ſolitis & conſuetis unacum dicti Rvdi Patris & Dni Prepoſiti Eccleſie Patauienſis Sigilli appenſione conſignaui in fidem & teſtimonium omnium ſingulorum premiſſorum ad hoc ſpecialiter uocatus & requiſitus.

N. XXIII. Conceſſio ſyluæ Haſenpach uſque Reintal infra Schaidweg. An. 1198.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. *Tiemo* Dei gratia *Babenbergenſis* Eccleſiae humilis Eps. Remunerationis diuine nos admonet intuitus & hortatur, quemadmodum & compaſſio nature inducit, ut eos qui nullo ſeu mediocri aut minus

mus sufficiẽti fulciuntur adminiculo, dum tamen facultas suppetat, in suis commoditatibus studeamus promouere, presertim cum ad promerendam promissam nobis proprie gloriam si per nos promoti fuerint, hoc nobis non dubitemus ad profectum mercedis eterne profuturum. Notum ergo esse desideramus tam presentis etatis quam successure posteritatis uniuersis Christi fidelibus, quod nos considerata in Monasterio nostro *Osterhouen* penuria lignorum, portionem quandam sylue nostre memorato cenobio adjacentem, & nobis minus utilem Beate Margarithe Virg. & M. in perpetuitatem & usum perpetuum fratrum ac Sororum in diuinis obsequiis diu noctuque inibi desudantium, instinctu diuino iuste & legitime contulimus, hoc tamen inducentes, ut in posterum omnium predecessorum & successorum nostrorum nostreque paruitatis memoria ibi haberetur. Limites tamen huius donationis sic distrinximus a Valle *Hasenpach*, sicut diuidit via que dicitur *Schaidenweg* usque ad locum qui *Reintal* dicitur. Hoc itaque factum nostrum si quis infringere seu violare attentauerit, anathema sit, & cum maledictis igne torqueatur eterno. Sed ut firmum & inuiolabile permaneat, Sigilli nostri munimine constitutimus roborari. Huius rei testes sunt. *Chunradus* venerab. Abbas de *Windberg*, *Gotcholdus*, *Chunr.* Capellani, *Poppo Eschw. Gotcholdus de Osterhouen*, *Altmannus de Helgersperg*, *Rapoto & Dictricus de Pöding*, *Eberhardus & Chalhohus de Wintzer*, *Rudider de Ebering*, *Eximus de Zeidlarn*, *Ezelo de Aming*. Datum Anno Dominicae incarnationis MCXCVIII. Acta sunt haec petitione & interuentu Domini *Gerungi* venerabilis Prepositi Osterhouensis Cenobii.

N.

N. XXIV. Emunitas Mutæ & Thelonei in Auſtria An. 1198.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. *LEUPOLDUS* Dei gratia *Dux Auſtrie & Styrie*, omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum. Pater noſter beate memorie Dux *LEUPOLDUS* dammum quod in itinere, cum *Ortenburch* obſideret, Eccleſie in *Oſterhouen* ac fratribus intulit, ipſis in aliquo recompenſare cupiens in extremis pia ſuis admonitione inſtructus filio ſuo beate memorie *fratri noſtro Duci FRIDERICO* commiſit, ut id ipſum quod morte preoccupatus facere non potuit, frater noſter loco ſui proſequeretur. Frater igitur noſter pro remedio patris noſtri praefate Eccleſie ac fratribus donauit, ut bona ipſorum ubique apud thelonea ſiue mutas ſuas absque vectigali & eo quod dicitur, *Fürfart*, & penitus absque omni juris perſolutione libere tam per terram quam per aquam ducerentur, eis ſuper hoc priuilegii ſui cautelam impendens. Nos itaque parentum ac predeceſſorum noſtrorum in bene actis veſtigia ſequi cupientes pro ſalute animæ patris & fratris noſtri, nec non & noſtrae, praedictis fratribus hoc ipſum donamus, videlicet Mutam & *Fürfart*, & preſenti pagina ſigillique noſtri impreſſione, ſubſcriptioneque teſtium, quorum nomina ſunt hec, id ipſum eius confirmamus.

Capellani *Chunr.* & *Wolffgangus Chrafto de Amtzinpach*, *Wernhardus de Schawberch Walchuno de Griezpach*, *Weichardus Dapifer de Seueld*, *Heidenr. de Gors*, *Otto de Haſelawe*, *Pilgrimus de Swarzenawe & frater ſuus Ortolfus*, *Otto de Stayze*, *Dietmarus de Charnbrunne*, *Hartnidus de Orte*, *Erchengerus de Zandeſet*, *Ulr. de Stubenberch*, *Otto de Chrems*,

Officiales Herbordus & Dietmarus. Datum per manus *Ulrici* apud *Plaedling* super *Tfermos*, Anno Incarnationis Dominicae MCXCVIII. XVI. Kal. Septembr.

N. XXV. Confirmata Donatio Hubæzeidlarn. An. 1203.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis Amen.

Ekbertus Dei gratia *Babenbergenſis* Eccleſie electus, omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum. Decet omnes quos ad ſpiritualis regiminis apicem diuina gratia voluit ſublimare, bonis juſtisque petitionibus aurem ſue Clementie non auertere, votisque piis ac ſuperna inſpiratione conceptis deſideriis libenter annuere. Unde petitionem dilecti noſtri Prepoſiti *Gerungi*, & fratrum in *Oſterhouen* iuſtam attendentes, bone voluntatis amplitudine exaudiuimus, & quod a predeceſſore noſtro felicis memorie *Chunrado Babenbergenſis* Eccleſie electo acceptum poſſederunt, nos quoque eisdem fratribus meritis Sanctorum duplicia recepturi contradidimus, magnum non judicantes, ſi carnalia noſtra eis ſeminemus, ut eorum metamus ſpiritualia, ut ex equalitate in preſenti tempore noſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, ut & illorum abuntantia noſtre inopie ſit ſupplementum. Igitur *Hubam* unam in *Zeidlarn* ſitam, quam *Rugerus de Ebring* quondam in beneficio habuit, predeceſſorique noſtro hoc pacto, ut eisdem fratribus traderetur, reſignauit. Nos quoque fratribus ſupradictis omnis iuſtitiae plenitudinem confirmauimus. Ut autem hec largitatis noſtre donatio uſibus predictorum fratrum in *Oſterhouen* firma in reliquum permaneat, ſcriptura pagine huius firmamus, & ad

ju-

judicium ſtabilitatis Sigilli noſtri impreſſione muniuimus, cum teſtimonio, conſenſu, & fauore eorum, qui preſentes aderant. De Dominis Cathedralibus, de Capellanis, & miniſterialibus noſtris, quorum hec nomina ſunt. De majori Eccleſia Dominus *Gundelhohus* Decanus, *Syboto* Archipresb. *Gotfridus* & *Hertuidus* Canonici de titulo S. Jacobi *Purchardus* ſacerdos & canonicus. De miniſterialibus noſtris *Otto de Sleten. Marquardus Slich. Chalhohus de Wintzer*, *Dietricus de Pöding*. Acta ſunt hec anno Incarnationis Dominice MCCIII. coram altari S. Joannis Baptiſte, primo anno electionis Domini *Eberti* in Epiſcopatum, V. Kal. Octob.

N. XXVI. Litteræ Apoſtolicæ de introductione Ordinis in Eccleſiam Slagen. An. 1222.

HONORIUS III. Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Lectori & fratribus ſancte Marie in *Slagen*. Premonſtraten. ordinis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Solet annuere ſedes apoſtolica piis votis & honeſtis petentium precibus fauorem beneuolum impertiri. Sane ſicut ex parte veſtra fuit expoſitum coram nobis, cum venerabilis frater noſter.... Patau. Epiſcopus Eccleſiam S. Marie de *Slag* de voluntate patroni eiusdem Eccleſie Capituli ſui accedente, conſenſu vobis pie ac prouide duxerit conferendam, in ea ſecundum Premonſtratenſis Ordinis inſtituta Domino ſeruituris, nos veſtris precibus inclinati quod per eundem Epiſcopum ſuper hoc prouide actum eſt, auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Datum Laterani. IV. Non. Aprilis Pontificatus noſtri Anno. V.

N. XXVII. Fundatio Anniuersarii pro Arnoldo eiusque Matre celebrandi.

Vniuersis tam presentibus quam futuris presens scriptum intuentibus, Prepositus *Osterhouensis* totusque eiusdem loci Conuentus Orationes in domino.

In libro scriptum monstratur Machabeorum,
Quod pro defunctis sit res exorare salubris.
Quod bene Reinoldus vir prudens premeditatus
Obtinuit precibus quod in hoc consensimus eius,
Ipsius ut matris obitus per nos recolatur
Officio pleno diuino quolibet anno.
Sed per Conuentum deuotius ut peragatur,
Quatuor ipse Libras nobis offerre probatas
Dari curauit firmum pro lege notari,
Dimidia nostris de rebus vt omnibus annis
Accepta libra confratrum cedat in vsum.
Ergo quod intacta maneant que sunt recitata,
Presentem cartam precepimus inde notatam
Ecclesie nostre bulla, nostra que ferata.

Testes autem huius rei sumus nos Prepositus. C. Prior. S. Subprior. H. Senior. H. Cellarius. Gozbert. Rehus. Dietpoldus. Wal. Wil. Ebus. Vl. Sacerdotes. Vl. H. Diaconi. Frid. H. Subdiac, & alii quamplures familiares nostri.

N. XXVIII. De Seruitio in Caena Domini. An. 1224.

Ad memoriam posterum posterorum transmittimus, qualiter homo nobilis *Dietricus de Attenberg* contulit huic Ecclesie

XX. Lib. argenti spe mercedis eterne, hac videlicet ratione & conditione, ut annuatim in Cena Domini pro remedio anime sue plenarie toti congregationi seruiatur. Sumptus autem seruitii huius de curte nostra *Lintzing* & III. Sol. de curte *Oberndorf* colligatur. Facta sunt hec presidente huic loco Preposito Domino *Gerungo*, anno administrationis eius quarto, anno autem ab Incarnatione Domini MCCXXIV. (*) factum est cum omni diligentia, promouit frater Heinr. *Suuerpir.*

N. XXIX. Ineorporatio plenaria Parochiæ Osterhouensis & filiarum. An. 1228.

Ekcbertus Dei gratia *Babinbergensis* episcopus. Vniuersis fidelibus salutem, Quanto deuotio religiosorum uirorum studiosius mandatis diuinis inheret, & Creatori suo placere per opera sancte conuersationis intendit, tanto humani generis inimicus ad turbationem eorum sue fraudis malignitate laborat, & uariis modis eis prestat materiam litigandi, ut sic ipsos retrahat a proposito quod iam iuceperunt. Hinc est, quod nos uolumus Ecclesie in *Osterhouen*, que ad nos ratione juris patronatus spectare dignoscitur, in posterum providere, ne falsitas ueritati possit preiudicare, aut iniquitas preualere equitati. Uniuersitati vestre uolumus constare protestantes, quod dicta

(*) Ita quidem legitur apud *Hundium*. Sed in hanc Chronotaxin palpabilis irreplit Error, defecta originalis vix sanandus. Annus enim *quartus* Administrationis, *Gerungo* An. 1195. delatæ, cum posita heic Aera Christi componi nulla ratione potest. Neque tamen Operæ pretium eiusmodi Minutiis diu immorari.

Eccleſia cum omnibus filiabus ſuis *pleno iure* ad fratres Deo ibidem militantes ſpectare & pertinere cognoſcitur. Ne autem ſuper huiusmodi proteſtatione aliquo modo poſſit dubitari, & ut predictis fratribus jus eorum ſaluum permaneat, preſentem paginam Sigilli noſtri munimine roboramus. Anno ab incarnatione dni. MCCXX. Octauo.

Originale cum fragmento Sigilli.

Eandem Incorporationem poſtea confirmavit Bertholdus ſucceſſor circa An. 1258. in hæc verba: nos *Berchtoldus* Dei gratia babenbergenſis epiſcopus preſenti ſcripto proteſtamur, nos litteras uenerabilis patris noſtri felicis memorie *Ekberti* epiſcopi vidiſſe de Verbo ad Verbum ſub hac forma *ut ſupra.*

N. XXX. Vidimus cuiusdam Recognitionis feudalis. An. 1228.

Omnibus Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis. *Ekbertus* Dei gratia *Babenbergenſis* Eccleſie Epiſcopus ſalutem in Domino. Uniuerſitati veſtre patere volumus & conſtare, quod nos ſubſcriptam priuilegii formam cum Sigillis hic annotatis in theſaurario noſtro reconditam habemus & conſeruatam.

„ *LUDWICUS* Dei gratia *Palatinus comes Rheni &* „ *Dux Bauariae*, omnibus in perpetuum. Quoniam labilis eſt „ memoria hominum, ideo ne ea que rite aguntur, poſtmo- „ dum in dubium reuocentur, conſueuerunt ſcripti munimine

ro-

„ roborari. Quapropter notum esse cupimus tam presentibus
„ quam futuris, quod venerabilis Dominus noster *Ekbertus* Ba-
„ benbergen. Episcopus nos & *OTTONEM* filium nostrum, &
„ omnes heredes nostros qui nobis jure feudali debent succe-
„ dere, de feudo *Alrami & Alberti fratrum de HALS*, quod
„ ab ipsis euicit, & mediante sententia obtinuit, coram Re-
„ ge rationabiliter infeudauit, hoc pacto interposito, quod de
„ eodem feudo nihil infeudare, nec obligare, nec vendere,
„ nec aliquo modo obligare debeamus, nec aliquo modo alie-
„ nare debeamus ab Ecclesia nec possimus. Adiectum fuit
„ preterea, quod nos & noster filius & nostri heredes debea-
„ mus esse contenti antiquo jure aduocatie, quod per priuile-
„ gia vel per seniores terre illius poterit declarari; & ut hec
„ in sua firmitate permaneant, presentem paginam sigillis Sere-
„ nissimi Domini nostri *HEINRICI* Rom. Regis. *Alberti Mag-*
„ *deburg*. Archiepiscopi, *Heinr.* Winacensis Wormaciensis
„ Episcopi. *Heinr.* Episcop. *Aistetен.* atque nostro nostrique *filii*
„ *OTTONIS Palatini comites Reni* & *LEOPOLDI Ducis Au-*
„ *stric* fecimus munire. Testes autem hi sunt, *Rudolfus Pala-*
„ *tinus comes de Teuwing*, *Hermannus Marchio de Paden*,
„ *Chunr. Pargrauius de Noremberckh*, *Heinr. Comes de Otin-*
„ *gen*, *Fridericus de Truhendingen*, *Dapifer de Waltpurch.*
„ *Chunradus Pincerna de Wintersteten*, *Chunradus de Win-*
„ *sperch*, *Gotfridus de Dikkenpach*, *Hertwicus de Hirsperch*,
„ *Leupoldus Pincerna de Vogelsperch. Hademarus de Chunring*,
„ & alii quam plures. Acta sunt hec apud *Ezzeling*, Anno
„ Domini MCCXXVIII. prime Indictionis. „ Et ut his plena
fides adhibeatur, presentem paginam munimine Sigilli nostri
roboramus,

N.

N. XXXI. Sententia Judicum delegatorum de plenaria Incorporatione Ecclesiæ in Chassen. An. 1228.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Amen. Nos *Vlricus* miseratione diuina *Patauien.* Archidiaconus, judex a sede apostolica delegatus. Q. eadem miseratione Decanus apud sanctum Nicolaum in Patauia. Judex subdelegatus, omnibus hanc paginam inspecturis, salutem in uero salutari. Ad notiam cupimus peruenire tam presentium quam futurorum, quod cum nos de mandato apostolico ad querimoniam *Pilgrimi clerici*, venerabilem in Christo fratrem nostrum *Heinricum* Prepositum in *Osterhouen*, Patauiam peremptorie citassemus, & ipse coram nobis die statuto compareret, jam dictus *Pilgrimus* Clericus, petiit a nobis quatenus Preposito & Conuentui in *Osterhouen* auctoritate qua fungeremur, precipere deberemus, ut ipsum P. Clericum Ecclesiam in *Chassen*, ad quam per venerabilem in Christo fratrem nostrum *Popponem Altachensem* Abbatem Episcopo Patauienti Dyocesano ipsorum canonice sicut dicebat fuerat presentatus, quiete & pacifice permitterent possidere. Sed cum jam dicti Prepositus & conuentus in *Osterhouen* per priuilegia & confirmationes Patauiensium Episcoporum, nec non & per prescriptionem legitimam Ecclesiam in *Chassen*, tam in temporalibus quam in spiritualibus ad se pleno jure pertinere parati essent probare, cum etiam jam dictus Abbas Altachensis in judicio coram nobis comparens requisitus a nobis, utrum se jam dicto P. Clerico presentatorem in Ecclesia *Chassen* recognosceret, respondit, quod ipse conuentus in *Osterhouen* prescripserat impedire nollet vel aliquo modo perturbare. P. Clericus, nescimus quo instinctu ductus, vel quia

in-

inprobatione petitorum deficere se credebat, vel quia iniustam litem a se foueri sciebat, liti & actioni quam aduersus conuentum in *Osterhouen* intentarat voluntarie cessit nullis prorsus precibus, vel illectionibus super cessione huius interuenientibus, reddens ei rescriptum, quod super hoc a sede apostolica obtinuerat. Nos igitur habito super hoc prudentum nostrorum consilio, tum propter recognitionem Abbatis *Altahensis*, quam coram nobis fecit conuentui in *Osterhouen* super jure, quod ipsi Osterhouenses habebant in Ecclesia *Chassen*, tamen etiam propter voluntariam cessionem jam dicti P. Clerici conuentum in *Osterhouen* ab obseruatione huius judicii sententialiter absoluimus Ecclesiam pleno jure in *Chassen* tam in temporalibus quam spiritualibus adjudicantes eisdem ad quod faciendum id nos precipue induxit, quod per autenticum scriptum venerabilis in Christo fratris *Ludwici* Abbatis in *Alderspach* Cistertienf. Ordinis, cui iniunxeramus, ut priuilegia *Osterhouensis* Ecclesiae inspiceret, nobis constitit, Ecclesiam *Chassen* a felicis memorie *Reinberto* quondam *Patauiensi* Episcopo, conuentui *Osterhouen.* per concambium fuisse traditam, & postmodum a successore suo bone memorie *Chunrado* eiusdem Ecclesiae Episcopo confirmatam. Acta sunt hec, anno ab Incarnatione Domini MCCXXVIII. XIII. Kal. Julii in conuentu majoris Ecclesie in *Patauia.* Testes huius rei sunt P. Abbas *Altahensis* & Eius Monachi. *Ulr. Bohemus*, *Wilhalmus can. de Osterhouen. Rudolfus & Traiboto* Canon. Patau. *Chunr.* maior plebanus, *Eberhardus de Veuhtenpach*, *Albertus de Possenmünster* R. *de Lansdorf.* Clerici vero Ulr. plebanus de *Mundfing*, *Chunr*, Scolasticus, *Heinricus Physicus de Ehw*, *Walchün cognomine Dyabolus. Hartliebus* notarius Episcopi. *Pilgrinus de Waltchir-*

chen, *Richkerus & Heinr. de Pezenpach* de domo S. Nicolovi Can. & alii quam plures.

N. XXXII. De Muta in Tekkendorf & Plaedling. An. 1228.

Vniuersis presentem paginam inspecturis *ALBERTUS Comes de POGEN* salutem. Uniuersitati vestre constare volumus & patere, quod nos fratribus in *Osterhouen* intuitu mercedis diuine remittimus & indulgemus jus quod habemus in rebus ipsorum, que ducuntur per comitatum nostrum siue in Ysara, tam in viis, quam in pontibus, tam in ascensu quam in descensu, ita quod nihil soluant officiatis nostris. Et ut predictis fratribus jus eis a nobis collatum salvum permaneat & perpetuum, presentem paginam munimine Sigilli nostri roboramus, transgressoribus eam penam infligentes, ut nobis vel ei ad quem jus nostrum deuoluitur quinque libras persoluant. Testes huius rei sunt. *Heinr. de Pholingen. Rudolfus Reuht*, *Godfridus de Schainbach*, *Albertus de Erlpach*, *Dietmarus de Podingen*. & alii quam plures. Data Anno Gratiae MCCXXVIII.

N. XXXIII. Possessiones a Dominis de Horbach, sunt sine aduocatia & omni exactione. An. 1229.

Vniuersis Christi Fidelibus *LUDIVICUS* Dei gratia *Comes Palatinus Reni Dux Bauariae* salutem. Contra falsam iniquorum assertionem & ne ipsa falsitas prejudicet veritati, Uniuersitati vestre presentium auctoritate & in figura judicii fina-

finaliter ſententiamus, quod omnes poſſeſſiones tam culte, quam inculte collate Eccleſie ſancte Margarethe in *Oſterhouen*, a *Chunrado de Horbach*, & a progenitoribus ſuis ſunt ſine jure aduocatie, niſi unicus *filius eius Chunradus* velit ipſas defendere, habito reſpectu eternae retributionis, & ſine omni honore & onere jure aduocationis. Teſtes autem noſtre ſententie ſunt *Comes Heinr. & Chunr. de MOSBURCH, Comes Albertus de Pogen*, & *Otto Comes.* de *GRUNENPACH*, & *Hoholdus de Nidekke Heinricus de Lapide, Chunr. de Hohenuels*, & *Chunr. filius eiusdem. Leutoldus de Awe*, & *filii eius Ulricus & Ludwicus*, & alii quam plures. Acta ſunt hec *Lantzhut.* Anno Gratiae MCCXXIX. Datum Kal. Martii.

N. XXXIV. Conceſſio Decimationis in Straubing & Ellenpach. An. 1230.

L (*LUDWICUS*) dei gratia *Comes Palatinus Rheni & Dux Bawarie*: Uniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem. Uniuerſitati veſtre uolumus conſtare & patere, quod nos pro amore dei eccleſie ſancte Margarete in *Oſterhoven* contulimus perpetuo decimationem omnium redituum noſtrorum in *Strubyn* & *Ellempach.* Volumus etiam ut predicte decimationes non tranſeant in obligationem vel alienationem, ſed predictis fratribus eiusdem loci ſemper ſalue permaneant. Et ut iſta donatio perpetua ſit, preſens ſcriptum munimine Sigilli noſtri fecimus roborari. Acta ſunt hec anno gratie MCCXXX. in *Rytenburch.* Teſtes. *Anſhelmus de Juſtyni. Chunradus, & filius eius eiuſdem nominis de Hohenuels, Pincerna, Liutoldus de Augia, &*

filii eius Oulricus & Ludwicus. Perhtoldus Pincerna de Ode, & Heiuricus notarius eius.

Originale cum Sigillo delineato Vol. III.
Monum. Boic. Tab. II. N. 6.

N. XXXV. Libertates indultae Monasterio a Sede apostolica. An. 1230.

GREGORIUS Episcopus seruorum Dei. Dilectis filiis *Henrico* Preposito in Osterhouen sancte Margarete, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quotiens a nobis petitur quod religioni & honestati conuenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, ac petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino filii, vestris iustis postolationibus clementer annuimus, & Ecclesiam S. Margarete in *Osterhouen*, in qua diuino estis obsequio mancipati, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut Ordo canonicus, qui secundum Deum & beati Augustini regulam in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona eadem Ecclesia in presentiarum juste ac canonice possideat, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante Domioo poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo

pre-

prefata Ecclefia fita eft cum omnibus pertinentiis fuis & de Podigin, Mulheim, Chaffen capellis & decimis earundem, ac alias poffeffiones cum pratis, uineis, terris, nemoribus, uſuagiis, paſcuis, in boſco & in plano, in aquis & molendinis, in viis & femitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus fuis. Sane noualium veſtrorum que propriis manibus aut fumptibus colitis, vel de nutrimentis animalium ueſtrorum, nullus a uobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos, liberos & abſolutos e ſeculo fugientes ad conuerſionem recipere, ac eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in veſtra Ecclefia profeſſionem fas ſit ſine ſui Prepoſiti licentia de eodem loco, niſi arctioris religionis obtentu, diſcedere, diſcedentem vero absque communi literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat uobis clauſis ianuis excommunicatis & interdictis excluſis, non pulſatis campanis ſuppreſſa uoce diuina officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto. Chriſma vero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſeu baſilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promouendi, a Dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam & communionem, ſacroſancte Romane ſedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus inſuper, ut infra fines parochie veſtre, nullus ſine aſſenſu Dioceſani & ueſtro Capellam ſeu oratorium conſtruere audeat ſaluis priuilegiis Pontificum Romanorum, ſepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum deuotioni, & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi forte excommunicati vel

interdicti sint, aut etiam publice usurarii, nullus obsistat, salua tamen justitia illarum Ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas quoque ad jus Ecclesiarum vestrarum spectantes que a laicis detinentur, redimendi & legitime liberandi, de manibus eorum, & ad Ecclesias ad quas pertinent, reuocandi, libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Preposito vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, uel fratrum pars majoris & sanioris consilii secundum Deum & beati Augustini regulam prouiderint eligendum. Paci quoque & tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine prouidere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum nullus rapinam vel furtum facere, iguem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus Ecclesie vestre concessas, nec non Libertates & exemptiones secularium exactionum a Regibus & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apostolica confirmamus, & presentis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate & Diocesani Episcopi canonica justitia. Si quae igitur in futurum &c. praemia aeternae pacis inueniant Amen. Amen, Amen.

(L. S.)

(L.S.) † Ego Gregorius catholice ecclie eps. SS.
† Ego Johanes Sabinen. eps. SS.
† Ego Jacobus Tuſculan. eps. SS.
† Ego Thomas tt. Sce Sabine pbr. Card. SS.
† Ego Guifredus tit. Sci Marci pbr. Card. SS.
† Ego Sigenbaldus tit. Sci. Laurentii in Lucina pbr Card. SS.
† Ego Stephanus Sce. Marie transtiberim tit. Calixti pbr. Card. SS.
† Ego Octauianus Scor. Sergii & Bachi diac. Card. SS.
† Ego Rainerius Sce. Marie in Coſmidin Diaconus Cardin. SS.
Dat. Lateran. per manum Magiſtri Martini ſancte Romane Ecclie Vicecancellarii II. Non. April. Indictione II. Incarnationis dnice Anno M. CC. XXX. Pontificatus uero domni Gregorii pp. VIIII. anno quarto.

Originale cum Sigillo.

N. XXXVI. Litteræ Apoſtolicae de Decimis Goszenbach, Chreus, Centingrn, & Gerlting. An. 1230.

GREGORIUS (IX.) Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis *Heinrico* Prepoſito & Conuentui Eccleſie ſancte Margarethe de *Oſterhouen* Premonſtratenſis Ordinis Patauienſis Dioceſeos ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana Eccleſia devotos & humiles filios ex aſſuete pietatis officio propenſius diligere conſueuit, & ne prauorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam Mater pia ſue protectionis munimine confouere. Eapropter dilecti in Domino filii ueſtris iuſtis precibus inclinati perſonas veſtras & locum in quo diuino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis que in

pre-

presentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum prestante Domino iustis modis poteritis adipisci, sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus. Specialiter autem Ecclesiam de *Osterhouen*, cum Capellis & pertinentiis suis. Decimas quoque & Curtes de *Gozzenbach*, de *Chremis*, de *Centingen*, *Geroltingen*, *Grezzenraent*, *Wartperge*, nec non libertates, immunitates a Babenberg. & Patauien. Episcopis de capitulorum suorum assensu Monasterio vestro pia liberalitate concessas possessiones, terras, redditus, prata, nemora, vineas, & alia bona ipsius Monasterii sicut ea omnia iuste possidet & quiete, ac in literis super his confectis plenius dicitur contineri, vobis & per vos eidem Monasterio auctoritate apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostre protectionis & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Lateran. V. Kaln. Aprilis Pontificatus nostri anno IV.

N. XXXVII. Litteræ Apostolicae de Ebring, Aeming, Entau, & Scharten. An. 1230.

GREGORIUS (IX.) Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis & Preposito & conuentui Monasterii Premonstratensis Ordinis salutem & apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, & vota que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter dilecti in Domino filii ve-

stris

ſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, de *Ærging*, de *Aeminge*, de *Entaume* de *Scharten* grangias cum decimis & aliis earundem pertinentiis quas vos proponitis aſſecutos canonice, ſicut illas iuſte & pacifice poſſidetis, vobis & per vos eidem Monaſterio veſtro auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. *Nulli ergo &c. ſi quis autem &c.* Datum Lateran. Kaln. Aprilis, Pontificatus noſtri anno. IV.

N. XXXVIII. Libertates a ſede de poſſeſſionibus Dominorum de Horbach. An. 1230.

Gregorius (IX.) Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis *Heinrico* Prepoſito, & conuentui Monaſterii de *Oſterhouen*, Premonſtratenſis ordinis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere conſenſum, & vota, que a rationis tramite non diſcordant, effectu perſequente complere. Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu poſſeſſiones, & alia bona veſtra, que ſicut vos aſſeritis nobilis Vir *de Horbach Chunradus* Monaſterio veſtro pia liberalitate conceſſerit, ſicut ea juſte omnia poſſidet & quiete, vobis, & per vos eidem Monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Lateran, X. Kain, Aprilis, Pontificatus noſtri anno. IV.

N. XXXIX. Quod Prælatus eſt ſummus Capellanus Ducis & de decima Straubing & Ellenpach. An. 1231.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen.

OTTO dei gratia *Palatinus Comes Rheni & Dux Bawarie.* Uniuerſis preſentem paginam inſpecturis Salutem. Sicut uinculo naturali filius heres pro debito patris intelligitur eſſe obligatus, ita uidetur pater ſoluere, ſi filius fecerit pro eo ſolutionem. Hinc eſt, quod nos uniuerſitati veſtre patere uolumus & conſtare, quod reſpectu eterne mercedis, & pro eo quod dominus *Hainricus* ſancte Margarete in *Oſterhouen* prepoſitus noſtro patri ſuis in neceſſitatibus cum perſone periculo & diſpendio rerum ſeruitia multiplicia fideliter exhibuit & deuote: predictam eccleſiam ea prerogatiua volumus perpetuo gaudere & honore, vt vbicumque locorum fuerimus, qui pro tempore in eadem eccleſia prepoſitus fuerit, omnium prelatorum, capellanorum, & clericorum ipſe primus exiſtat & major, & in preſentia noſtra faciat diuina vel iniungat alii, qui fretus ſua auctoritate adimpleat, quod ei ab ipſo fuerit ordinatum & injunctum. Preterea volumus ut tempore noſtre refectionis propter preſentiam aliquorum prelatorum cuiuscunque profeſſionis fuerint locum quem ei aſſignamus in latere noſtro non alterando transmutet, & Utenſilia Capellanie noſtre conſervet, vel faciat Camerarium noſtrum ſvb certo numero conſeruare, & diſtributio elemoſinarum noſtrarum iuxta diſcretionem predicti prepoſiti fiat & ordinetur: ſed quia nobili-

tas

tas illam legem ſibi preſixit, quod nichil credit ſe preſtitiſſe, ſi ſiue adjectione conferat & fecerit donationem.

Vnde nos liberaliter prefate eccleſie donamus decimationem omnium redituum noſtrorum in *Strvbingen* ſecundum quod continet patris noſtri inſtrumentum, ſuper eadem donatione confectum. Et volumus, vt vbicumque locorum in figura judicii fuerimus ipſe cauſam eccleſie ſue prior proſequatur, & quando contingeret ipſum curiam noſtram intrare, ſibi & quatuor evectionibus honeſte & de expenſis noſtris prouideatur. Et ut iſta rata permaneant & inconuulſa, preſentem paginam munimine Sigilli noſtri roboramus. Teſtes. *Comes Hainr. de Moſburch. Comes Otto de Grvnenbach. Cvn. de Geren. Cvnradus de Hohenvelſe. Alhardus de priſingen. Siuridus de Frowenhouen. Siuridus de Frowenberch., Cvnradus Notarius noſter de Haidelberch* & alii quam plures. Acta ſunt hec Landeshvt Anno gratie Milleſimo ducenteſimo XXX. primo quarto Kaln. *NOVEMBRIS.*

Originale.

N. XL. Conceſſio Curiæ Entavv ad Vitalium. An. 1233.

Albertus Comes de POGEN, uniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem. Uniuerſitati veſtre conſtare volumus & patere, quod Eccleſia S. Margarethe in *Oſterhouen Marſchalco noſtro nomine Gebhardo* curiam ſuam in *Paskning.* pro tempore tantum vite ſue cuſtodiendam locauit, quatenus ipſi Eccleſie ſecundum euentum fructuum annuatim tanquam colonus Domino ſue ex iude reſpondeat, & quando iam dicte Eccleſie placeat ipſum

factum possit mutare, & curiam ad se reuocare, non obstante contradictione eiusdem Marschalci, vel eius heredum. Preterea volumus vos scire, quod iam sepe dicta Ecclesia *Marquardo dispensatori* nostro curiam suam *Entaw*, ad idem ius & onus locavit. Et ut predictis fratribus eiusdem Ecclesie ius ipsorum saluum permaneat, & inconuulsum, & ne aliquo modo possit de praescripto facto inposterum dubitari, presentem chartam munimine Sigilli nostri roboramus. Testes *Alramus de Chamb*, *Rudolfus Rauto*. *Albertus de Erlbach*. *Vlricus de Leuwolfing*, *Heinricus de Acholmingen*, *Engeschalcus de Saching*, *Eberhardus*, *Ulricus*, & *Rudolfus* Sacerdotes predicte Ecclesie. Acta sunt hec *Naternberch*. Kal. Julii, Anno Domini MCCXXXIII.

N. XLI. Precarium in Entau circa eundem Annum.

Albertus Dei gratia *Gomes de POGEN*, omnibus has literas inspecturis salutem & plenitudinem omnis boni. Notum facimus presentibus & futuris, quod curiam unam in villa *Satstorf* tradidimus Ecclesie sancte Margarethe in *Osterhouen* perpetuo possidendam. Preterea nouerint Uniuersi, quod fratres prefate Ecclesie curiam in *Entau Marquardo Magistro pistorum* commiserunt, ut annuatim eis soluat inde censum constitutum, ita tamen ut eo decedente nullus heredum, nullus amicorum suorum, aliquid juris habeat in Curia prenotata, nec etiam juuenis iple M. aliquam potestatem in ea habebit, nisi secundum quod consensus predictorum fratrum admiserit & voluntas. Item *Marquardus* tradidit prefatis fratribus predium quoddam iu *Entau*, ad censum XXX. Dn. Hi sunt testes, *Henricus*

ricus Senior Pfölinger. Gerhardus. Marschalcus, Chalchohus de Winzer, Albertus de Challenberg, Dictmarus de Poeding, Eberhardus de Tundorf.

N. XLII. Immunitas Thelonei in Vilshouen concessa ab Henrico Comite de Ortenburch. An. 1236.

H. Dei gratia *Comes de ORTENBURCH.* Notum fieri cupimus tam futuris quam presentibus, quod nos pro spe & in columitate salutis nostre fratribus S. Margarethe de *Osterhouen* indulsimus, ut ab omni muta & theloneo tam in aquis quam in terra liberi sint apud *Vilshouen* ciuitatem nostram sub hac forma, ut quidquid de bonis & rebus eiusdem specialiter transeat, nihil ex his nobis, aut judici nostro, vel theloneario, uel cuiquam nostrorum penitus persoluatur. Presens igitur scriptum roboratum sigilli nostri munimine ipsis conferimus, ut hoc factum nostrum nunquam possit aliqua delere oblivio, aut processu temporis a quoquam valeat immutari. Testes *Weigandus de Rümtingen, Heinr. de Pamgarten nobiles. Ortwinus de Cholberch, Richgerus de Rotone, Otto de Sturspach. Sygelochus, Chalhohus, Marquard fratres Sakkingii. Syboto ze Zwiglarn, Heinr. Longus, Heinr. perditor.* & alii quam plures. Acta sunt hec anno MCCXXXVI. Indictione IX. Datum *Vilshouen* XV. Kal. Maii.

N. XLIII. Confirmatio Fundationis Monasterii Slagen. An. 1236.

Rudigerus Dei gratia *Patauiensis* Ecclesie Episcopus, omnibus tam presentibus quam futuris salutem in eo, qui est

vera ſalus. Ad notitiam omnium cupimus peruenire, quod *Chalhohus de Valchenſtein miniſterialis* Eccleſie noſtre in loco qui vocatur *Slag* fundauit cenobium ad honorem Dei & Genitricis ſue Marie cum conſenſu & voluntate predeceſſoris noſtri beate memorie *Wolfkeri*. Fundationem igitur illam filius ſuus *Chunr*. in noſtra preſentia renouauit, & in hoc magis roroborauit, quod a jure aduocatie receſſit, & ſine omni utilitate, promiſit eundem locum ipſe & ſui ſucceſſores defendere & iniurias proclamare. Preterea partem decimationis, quam in illis bonis habuit, nobis voluntarie reſignan. & nos easdem decimas ad petitionem ipſius *Chunr*. tradidimus illi loco. Cenobium in quam illud Eccleſiam & decimas cum omnibus attinentiis cultis & incultis tam in Bavaria, quam in Auſtria, nos conferimus ac committimus pleno jure, dilecto in Chriſto fratri noſtro Prepoſito in *Oſterhouen* tam in Spiritualibus quam in temporalibus, ut ipſum regat ſecundum regulam beati Auguſtini, & ordinem Premonſtratenſem. Quicunque ergo Cenobium illud in captura piſcium, ſucciſione arborum, vel qualicunque, modo in redditibus ſuis habitis & habendis indebite leſerit, vel damnificauerit malitioſe, idem ſententiam excommunicationis beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac etiam noſtram ſe nouerit in curriſſe. Ut autem hec fundatio permaneat in conuulſa, & ne heredes predicti *Chunradi* preſumant eam in aliquo aggrauare, nos preſens priuilegium ſigillo noſtro & Capituli, ac etiam ipſius *Chunradi*, & Teſtium ſubſcriptione fecimus communiri. Hi ſunt teſtes. *Chunr*. Decanus Patau. *Godfridus* Archidiac. & theſaurarius, *Chunr*. Tumplebanus. *Eberhardus de Veuhtenpach*, *Rugerus de Lonſtorf*, *Meingotus de Waldeche*. *Heinr*. *Zobelinus*. *Chunr*. *Decanus*

Ra-

Ratisbon. & Canonicus Patau. Miniſteriales Eccleſie Patau. *Cnunr. de Valchenſtain, Ortolfus & Heinr. fratres de Waldecke, Pilgrinus de Tannberch* & alii quam plures. Datum *Patauie.* Anno Dominice Incarnationis. MCCXXXVI.

N. XLIV. Immunitas Mutæ & Thelonei in Auſtria. Au. 1241.

FRIDERICUS Dei gratia *Dux Auſtrie & Stirie* & *Dominus Carniole* omnibus inſpecturis hanc paginam in perpetuum, ſolite benignitatis affectu opera caritatis que felicis recordationis progenitores noſtri ſpecialiter pro libertate Eccleſiarum quarumlibet, que in noſtro dominio ſunt conſtitute, facere dinoſcuntur, firmare, conſeruare, augmentare pariter cupientes, tenore preſentium notum fieri volumus uniuerſis, quod non ſolum ex inſtrumentis per que inſtruimur & non immerito inclinamus ad ſingula conſeruanda, que vel compenſando, aut de mera liberalitate dicti progenitores noſtri quomodolibet feciſſe uidentur, aſſurgimus cum affectu, verum etiam diuinitus ſtimulati ſingulis eccleſiis de gratia ſpeciali noſtris temporibus taliter adeſſe uolumus & prodeſſe, ut & nos ex hiis & aliis, que fecerimus, Domino inſpirante mereamur fieri participes regni dei. Penſatis igitur premiſſis feliciter ad que digne fratribus eccleſie in *Oſterhouen* fauorabiliter indulgemus, ut ſingulis annis omnia victualia ſua tam per aquam quam per terram noſtram ad Cenobium ſuum libere ducere debeant, ſine omni theloneo atque muta. Vt autem huiusmodi gratia fratribus & dicte eccleſie per nos facta perpetuo debeat conſeruari, preſentem paginam in euidens teſtimonium ſigilli noſtri mu-

munimine jussimus roborari. Acta sunt hec *Patauie* Anno Domini M. CC. XLI. pridie Kal. Marcii.

Originale cum Sigillo. N. 2. Tab. Osterhov:

N. XLV. Repetita Immunitas Mutæ & Thelonei in Austria. An. 1241.

FRIDERICUS Dei gratia *Dux Austrie & Stirie*, *& Dominus Carniole* omnibus hanc litteram inspecturis in perpetuum. Cum ecclesia in *Osterhouen* a bone memorie Duce *LIUPOLDO attauo nostro* occasione quondam obsidionis castri in *Ortenburch* lesa fuerit plurimum & grauata, in recompensationem eiusdem dampni eidem ecclesie felicis recordationis progenitores nostri pia deuotione duxerunt indulgendum, ut omnia victualia sua ubique apud thelonia siue mutas suas absque, vectigali, & eo, quod *Vüruart* uulgariter appellatur, gaudere debeant libero transitu, & securo. Nos eorumdem predecessorum nostrorum inherere vestigiis cupientes, id ipsum jus pro Dei omnipotentis reuerentia memorate ecclesie duximus concedendum. Vt autem hec concessionis nostre gratia debeat inuiolabiliter obseruari, presens scriptum Sigilli nostri Karactere roboratum sepesate ecclesie mandauimus assignari. Dat. in *Chrems* per manus magistri *Vlrici de Chirenperch* Prothonotarii. Anno dni. M. CC. XLI. VII. Idus Marcii quartedecime Indictionis.

Originale.

N.

N. XLVI. Confirmatio Donationis pro Anniversario. An. 1241.

Rudigerus Dei gratia *Patauiensis* Episcopus in perpetuum. Ne rebus gestis procedente tempore periculosa obliuione valeat derogari, ea, que aguntur, solent commendari, scripti memorie ad Cautelam. Hinc est, quod notum esse cupimus, tam presentibus quam futuris, quod cum *Otto dictus Chlosner* fidelis noster ciuis Patauiensis Ecclesie & conuentui, in *Osterhouen* pro remedio anime sue & *Irmgardis uxoris* sue & progenitorum eorundem, & ut ipsorum anniuersarius in festo S. Oswaldi annis singulis celebretur in presentia nostra & Ciuium nostrorum domum suam, in qua *Sifridus de Osterhouen* habitauit hactenus, tradidisset, pariter & donasset perpetuo possidendam. Petiuit autem a nobis idem Conuentus & dictus *Otto* ut dictam domus praefate collationem nostris dignaremur literis confirmare. Nos ergo justis eorum petitionibus satisfacere cupientes, auctoritate nostra donationem eandem duximus confirmare. Vt autem dicte donationis confirmationi neque at per alicuius friuolam malitiam in posterum obuiari, presentem paginam cum sigilli nostri appensione & testium subscriptione fecimus communiri. Testes autem hi: *Engelschalcus*, *Chunr. Setzer*, *Metfridus*, *Chunr. filius Perhardi*, *Duringus Sartor*, *Sifridus de Osterhouen*, & *Leupoldus filius eius*, *Purchardus Clericus* & alii quam plures. Datum *Patauie* Anno Domini. MCCXLI. XII. Kal. April. Indictione XIV.

N. XLVII. Laudum de Curia controuersa Paſching. An. 1243.

Omnia, que aguntur in tempore, ne labantur cum tempore, ſcripturarum ſerie ſolent perennari. Hinc eſt, quod nos *Heinricus* dictus de *Oſterhouen* Prepoſitus, & ipſius Loci capitulum, poſteritati noſtre preſenti ſcripto mandare curamus, quod querimonia inter nos & miniſteriales dictos de *Steinberckh*, *Albertum* videlicet & *Perchtoldum Wernhardum & Chunradum*, *& ipſorum Patrem Perchtoldum* pie memorie a multis retroactis temporibus ſemper interminata permanſit. Tandem vero dicta cauſa a venerabilibus de *Superiori Altach* & de *Wimberg* Abbatibus utriuſque partis arbitris taliter diffinita eſt, ut nos jam dictis *militibus de Steinberch* X. lib. Ratisbon. probate monete perſolueremus, & ipſi ſepedicti miniſteriales intuitu Dei & pro remedio patris ipſorum predium in *Paſchingen* Eccleſie noſtre quiete poſſidendum contraderent. Ut autem iſta que prelibata ſunt, firma & rata permaneant. Nos de *Steinberch* fratres, *Albertus*, *Perchtoldus Wernhardus & Chunradus* confitemur, nos abnegaſſe omne jus proprietatis in predicto predio *Paſching* coram venerabilibus de *Superiori Altach*, *Ulrico de Wimberg* Abbatibus in Cenobio *Wimberg* aſtantibus *Priore Heinrico* & Supriore *Rudolfo*, & aliis ipſius loci fratribus. In teſtimonium vero ſupradicte firmitatis preſentem ſchedulam predictorum Abbatum fecimus Sigillo muniri. Huius rei teſtes ſunt *Ludwicus miles de Ernoltesueld*, *Heinr. de Tüſcheldorf*, *& frater ſuus*, *Rupertus. Chunr. dictus Patruus*. *Rugerus Preco*, *Rugerus Faber*, & alii quam plures. Acta ſunt hec Anno gratie. M. CCXLIII. Indictione II.

N.

N. XLVIII. Ne aliquis nos conueniat in Judicio prouinciali, sed in Camera Ducis. An. 1245.

OTTO Dei gratia *Palatinus comes Reni*, *Dux Bauarie* omnibus presens scriptum intuentibus. Judicibus ac officialibus suis gratiam suam. Noueritis, nos propter petitionem venerabilis Prepositi & Collegii sui *Osterhouen*, ob reuerentiam diuine remunerationis, principaliter Ecclesie ipsorum talem gratiam feciſſe, videlicet ut nullus vestrum de possessionibus ipsorum quas decem aut XX. annis vel amplius in quieta duxerunt possessione, judicium faciat alicui querelanti. Personaliter namque de ipsis, ac eis attinentibus justitie uniuersis proponimus facere complementum. Ne igitur aliquis vestrum eidem gratie audeat in contrarium venire, presentem chartam ipsis dedimus in testimonium sigilli nostri vigore communitam. Acta sunt hec Anno Domini MCCXLV, XII. Kal. Junii, Indict. III.

N. XLIX. Emunitas Mutæ & Thelonei per totam terram Bauariae. An. 1246.

Nos *OTTO* Dei gratia *comes Palatinus Reni Dux Bauarie*, uniuersis presenti scripto declaramus, quod dilectis venerabilibus Preposito & capitulo de *Osterhouen* gratiam fecimus specialem: videlicet ut in mutis nostris vel theloneis ammodo nulla thelonea soluant, & illesa ipsis attinentia & maxime vinum de Austria ipsis transportandum in aquis & in terris sine exactionis emolumento traduci permittantur. Ne autem aliquis presumptuosus eandem gratiam ipsis libere conceſſam au-

deat

deat violare, ſub obtentu gratie noſtre inhibemus, preſens ſcriptum ſigillo noſtro munitum eisdem aſſignantes. Acta ſunt hec Anno Domini MCCXLVI. VI. Kal. Julii. Indict. IV.

N. L. De duabus Hubis. An° 1249.

In nomine Domini Amen. *Heinricus* Dei gratia *Babenbergenſis* Epiſcopus. Uniuerſis preſentes literas inſpecturis in perpetuum. Quoniam labilis eſt memoria hominum, geſte rei notitiam ſcripture teſtimonio duximus commendandam, ne in recidiue contentionis ſcrupulum relabantur. Nouerit igitur tam preſentium etas, quam futurorum poſteritas, quod predeceſſor noſter venerabilis Epiſcopus *Ekbertus* bone memorie manſum noſtrum in *Oſterhouen*, quondam fratris *Wipotonis* hereditarium, quem *Magiſter Petrus Valkenarius* poſt eundem tenuit, Prepoſito & conuentui in *Oſterhouen* pro ſeruitiis & donis, que ab eis receperat, contulit eo jure, ut cenſum ſtatutum & ſeruitia debita ſicut & ceteri domeſtici, de ipſo perſoluere debeant annuatim. Unde conſiderantes grata obſequia, & deuotionem, que dictus Prepoſitus & Conuentus predeceſſoribus noſtris & nobis exhibuerant, & inantea poterunt exhibere, gratiam eis factam in eodem manſo, auctoritate preſentium & Sigilli noſtri munimine, cum ſubſcriptione teſtium communimus, confirmamus. Teſtes autem ſunt hi: *Hermannus Abbas de Altach*, *Albertus Abbas de Metten. Heinr. Prepoſitus veteris Capelle Ratisbon. Canonicus noſter Rudlibus Prepoſitus in Rinichnach*, *Werinhardus de Uttendorf. Purchkardus de Weier. Ludwicus de Hagenawe*, *Wolframus Pincerna noſter de Reut*, *Gebhardus de Veltbach*, *Albertus de Gneiſſing*, *Chunradus Zeikauf*,

kauf, & alii quam plures. Datum Anno Domini MCCXLIX. Indictione VII. Mense Martio, Pontificatus nostri Anno IV.

N. LI. Commutatio Prædiorum inter Gottwicense & Osterhovense Monasteria. An. 1251.

In nomine sanctae & indiuidue Trinitatis Amen.

Heinricus Dei gratia, Chotwicen, hanc litteram inspecturis, salutem in perpetuum. Discretorum virorum prouidentia ea que inter ipsos aguntur in tempore, ne per obliuionem humanam a memoria simul labantur, cum tempore scriptis prouidit, ac proborum virorum testimonio confirmare, quorum nos vestigia obseruantes omnibus innotescimus hanc litteram inspecturis, quod venerabilis Prepositus & Conuentus *de Osterhouen* predecessorum nostrorum temporibus utriusque Ecclesie considerata vtilitate curiam suam apud *Chrems* cum omnibus attinentiis vinetis & agris a decimis nobis inde prouenire taliter exemerunt, quod villam, que superior dicitur *Vuthaw*, nostre Ecclesie contulerunt in recompensationem predictarum decimarum perpetuo possidendam, ita tamen, ut dimidia *carrada vini* nobis de prelibata curia singulis annis persoluatur, nosque ipsis in equipollentia curiam villicariam addidimus apud *Teizz* liberaliter possidendam. Ne autem super hiis pretextu alicuius vendicionis seu obligationis nostrarum decimarum predicte curie de *Osterhouen* super libertate sue empcionis calumnia seu questio aminodo oriatur, sed hic tractatus a nostris predecessoribus solempniter factus perpetuo robur obtineat firmitatis, ipsum tenore & auctoritate presentium renouamus, ac

perenniter confirmamus sigilli nostri atque Conventus Karactere apponentes. Testibus etiam, qui huic publicationi & renouationi intererant subnotatis, qui sunt. *Irnfridus Decanus Chremensis. Hertnidus Sac. Albero Winceler. Chunradus Sac. de Prusing: Perchtoldus Traxernius. Meinhardus de Lapide. Chunradus Seuelder Ratisbon. Senior. Hayssolfus Grossus. Otto filius Hayssolfi. Ilsunlo. Meinhardus de Camera. Waltherus Moderstoch.* & alii quam plures. Actum in *Stayn*, Anno Domini M.CC.LI. Indictione X.

N. LII. Confirmata Immunitas Mutæ & Thelonei per terram Austriae. An. 1252.

OTACHARUS Dei gratia *Dux Austrie & Stirie* & *Marchio Morauie*, uniuersis literam hanc inspecturis salutem in perpetuum. Cum Ecclesia in *Osterhouen* a bone memorie Duce *Leupoldo* atauo illustris quondam Ducis Austrie *FRIDERICI* occasione quondam obsidionis Castri in *Ortenburch* lesa fuerit plurimum & grauata, in recompensationem eiusdem dampni eidem Ecclesie felicis recordationis principes memorati pia deuotione duxerint iniungendum, ut omnia victualia sua ubique apud theloneа sua siue mutas suas absque vectigali & eo, quod vulgariter *Fürfart* appellatur gaudere debeant libero transitu & securo. Nos eorundem Principum inhaerere vestigiis cupientes id ipsum jus pro Dei omnipotentis reuerentia memorate Ecclesie liberaliter duximus concedendum. Ut autem hec concessionis nostre gratia debeat inuiolabiliter obseruari, presens scriptum sigilli nostri Karactere roboratum fepefate Ecclesie

mau-

mandauimus assignandum. Datum in *Chrems*, per manus prothonotariorum Magistri *Wilhalmi* & Magistri *Gorschalci*, Anno Domini MCCLII. V. Idus Decemb.

Originale cum Sigillo & Contrasigillo, ut delineatum est Vol. VI. Sigill. Tab. III. N. XII. sed paullo diversum, Num. 3. Tab. Osterhoven.

N. LIII. De duabus Hubis in Geiselhartstorf. An. 1253.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Uniuersis presentem paginam inspecturis, in vero salutari salutem. Cum felicis memorie vir strenuus *Ulricus de Lubolfingen miles*, solutus corpore huius vitae carens ecclesiastica sepultura fere per tria lustra existeret inhumatus, *Altmannus*, *Ulricus & Heinr. & Haitka eius haeredes* apud venerabilem in Christo Patrem, *Perchtoldum* Episcopum *Patau.* Loci Dyoecesanum & Patrem venerabilem *Albertum Decanum* eiusdem Ecclesie ipsius Episcopi vicem gerentem pro iam dicto Patre suo sepulturam Ecclesiasticam impetrantes, in Monasterio sancte Margarethe dicto *Osterhouen* Premonstraten. Ordinis ipsum obtinuerunt feliciter sepeliri. Et ut Patris ipsorum in eodem monasterio a fratribus ibidem Deo militantibus fieret memoria sempiterna, iidem haeredes iam expressi duas hubas in *Geiselhartzstorf secus flumen Chalbach* in parochia *Arnsdorf* pro remedio anime Patris memorati iam dicto Monasterio possidendas perpetuo tradiderunt. Et quoniam Sigilla propria non habebant, hanc de-

donationem siue largitionem Capituli Patau. & ipsius *Alberti Decani* sigillis petiuerunt hec omnia in testimonium roborari. Nos igitur *Albertus Decanus* quia hec omnia coram nobis ex subscriptis testibus solemniter acta sunt auctenticantes hec omnia & robur legitimum parantes eisdem presentem paginam sigilli nostri, & Sigilli capituli nostri munimine duximus roborari. Sunt autem huius rei hi testes, per omnia annotati, *Albertus Tumplebanus* Canonicus Patau. *Albertus de Jochenstorf ministerialis. Wernhardus Chlosner, Wernhardus Preminger, Chunradus, Heinricus de Iridernspach, Heinr. Faber, Engelbertus, Dietmarus, Albertus.* Acta sunt hec *Patauie* in domo domini Decani in presentia Prepositi, & fratrum suorum de *Osterhouen* VI. Idus Decemb, anno Dominicae Incarnationis M. CC. LIII. Indictione XII.

N. LIV. Relaxatio minuti Seruitii duarum Hubarum. An. 1254.

Hermannus Dei gratia *Babenbergensis* Episcopus dilectis in Christo Preposito & toti conuentui sancte Margarethe in *Osterhouen* salutem cum sincera in Domino charitate. Cum Ecclesiis ad nos immediate spectantibus semper velimus in quantum possumus, manum porrigere adjutricem, ecce de illis duabus hubis, quas a predecessoribus nostris in *Osterhouen* ad jus hereditarium habuistis vobis pro tempore vite nostre census minutos & obsequia remittimus, ita videlicet, ut maiora, triticum videlicet, frumentum, ac auenam & consimilia nobis vel officialibus nostris more solito singulis annis soluere nullo

mo-

modo negligatis. Et hoc per preſens ſcriptum noſtro roboratum ſigillo, uniuerſis officialibus noſtris ac aliis volumus eſſe notum. Datum in *Altach* Anno Domini M.CC.LIV. in die beati Martini Epiſcopi.

N. LV. Emunitas Mutæ apud Vilshouen. An. 1256.

Nos *Henricus* Dei gratia *Comes Palatinus Reni Dux Bauaric.* Uniuerſis ad quos preſens litera deuenerit notum fieri volumus, & preſenti litera declaramus, quod nos de communi ſenſu noſtrorum conſulum, dilecti & venerabilibus Prepoſito & conuentui in *Oſterhouen* hanc fecimus gratiam ſpecialem, quod in Muta noſtra *Vilshouen*, vinum ipſorum ſine exactione liberum habeat tranſitum & ſecurum ſiue per terram tranſeat vel per aquam. Ut autem talis noſtra donatio ipſis permaneat inconuulſa, preſentem literam cum ſigillo noſtro roboratam ipſis in teſtimonium tradimus, & donamus. Acta ſunt hec in *Oſterhouen*, Anno Domini MCCLVI. IV. Idus Decembris.

N. LVI. Defenſio Eccleſiarum præmonſtratenſium facta ab Alexandro IV. P. M. An. 1258.

ALEXANDER IV. Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabili fratri Epiſcopo Patauienſi ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Cum multiplicata ſit uſque adeo iniquitas ſuperborum, quod quaſi aquam maledictionem bibentes, eccleſias & perſonas Eccleſiaſticas perſequi non deſiſtant, multipli-

cari debet humilium equitas contra eos, ut ſapientia uincens malitiam virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum minime derelinquat. Cum igitur dilectus filius. Abbas Premonſtratenſis pro ſe ac Ceteris Coabbatibus, prepoſitis ac Conuentibus Vniuerſis Premonſtratenſis ordinis nobis expoſuit, nonnulli qui nomen Domini recipere in vacuum non formidant, ipſos in perſonis & rebus ſuis aggrauant & maleſtant, nos volentes, & preſumptorum huiuſmodi refragari conatibus, & eorundem abbatum, Prepoſitorum, & Conuentuum grauaminibus congruis ſubſidiis ſubuenire, Fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus non permittas ipſos contra indulta priuilegiorum & indulgentiarum ſedis apoſtolice ſuper in officiatione barochiarum ſeu Capellarum ſuarum eiſdem conceſſorum ab aliquibus indebite moleſtari, Moleſtatores huiusmodi per Cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum Lateran. IIII. Nonas Januarii Pontificatus noſtri anno Tertio.

Originale cum Sigillo.

N. LVII. Donatio Parochiae Oſterhouen. cum annexiis. An. 1258.

Nos *Berchtoldus* Dei gratia Babenbergen. Epiſcopus, praeſenti ſcripto proteſtamur. Nos literas venerabilis patris anteceſſoris noſtri felicis memorie Ekberti Epiſcopi vidiſſe de verbo ad verbum ſub hac forma. „ Ekbertus Dei gratia Ba-
„ benbergen. Epiſcopus uniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem.
„ Quanto deuotio Religioſorum virorum ſtudioſius mandatis

„ di-

„ diuinis intenditur, tanto humani generis inimicus, ad turba-
„ tionem eorum ſuae fraudis malignitate laborat, & variis mo-
„ dis eis praeſtat materiam litigandi, ut ſic ipſos retrahat a
„ propoſito, quod iam inceperunt. Hinc eſt quod nos volu-
„ mus Eccleſiae in Oſterhouen, quae ad nos ratione juris pa-
„ tronatus ſpectare dinoſcitur; in poſterum prouidere, ne fal-
„ ſitas veritati poſſit praeiudicare, aut iniquitas praevalere
„ aequitati. Uniuerſitati veſtrae. volumus conſtare proteſtan-
„ tes, quod dicta Eccleſia cum omnibus filiabus ſuis, noſtra
„ & anteceſſorum noſtrorum largitione pleno jure ad fratres
„ Deo ibidem militantes ſpectare & pertinere cognoſcitur. Ne
„ autem ſuper huiusmodi proteſtatione aliquo modo poſſit du-
„ bitari, & ut fratribus jus eorum ſaluum permaneat, prae-
„ ſentem paginam Sigilli noſtri munimine roboramus.„ Anno
ab Incarnatione Domini MCCLVIII.

N. LVIII. Relaxatio maioris & minuti ſeruitii per IV. annos. An. 1259.

Berchtoldus Dei gratia *Babenbergenſis* Epiſcopus. Uniuerſis preſens ſcriptum inſpecturis ſalutem in Domino. Quia viri venerabiles fratres Monaſterii in *Oſterhouen* nobiscum & cum noſtris fecerunt expenſas ſumptuoſas. Nos ad recompenſationem ipſis fratribus faciendam conceſſimus eis, ut duos manſus de quibus penſionem ſeu cenſum annuum nobis ſoluunt, teneant, a feſto Natiuitatis Domini nunc inſtanti per IV. annos continuos ab omni cenſu, penſione, & ſeruitio maiori & minori, liberos & quietos. Quibus annis peractis ſoluant

pensionem & seruitium maius. A minori vero seruitio perpetuo sint quieti. In cuius rei testimonium presens scriptum eis dedimus nostri Sigilli munimine roboratum. Datum *Osterhouen* anno Domini MCCLIX. XI. Kalend. Januar.

N. LIX. Relaxatio minuti seruitii de duabus hubis. An. 1259.

Nos *Berchtoldus* Dei gratia *Babenbergen.* Episcopus. Tenore presentium constare volumus uniuersis, quod nos attendentes grata & sumptuosa seruitia, que viri religiosi fratres Monasterii in *Osterhouen* nobis & nostris familiaribus frequenter impendunt. Concedimus ipsis, ut de duobus mansis, quos sub censu annuo & seruitiis a nobis tenent certis, minora seruitia sibi retineant, & ab ipsorum prestatione perpetuo sint immunes, maioribus seruitiis nobis remanentibus in statu debitu & consueto. In cuius rei testimonium presentem paginam eis dedimus nostri Sigilli munimine roboratam. Datum Anno Domini MCCLIX. XI. Kal. Januar.

N. LX. De Annis quibus cessauit Aduocatia. An. 1259.

Nos *Berchtoldus* Dei gratia Episcopus *Babenbergensis* Uniuersis tenore presentium volumus esse notum quod super dissensione que inter nos & nobilem virum *Albertum de Hals* oriebatur, talis ordinatio interuenerit. Primum quidem dictus *Albertus* cessit omni juri, quod sibi in curte nostra *Mulhaim* vendicabat, & eam nobis dimisit in perpetuum liberam & quietam. Item homines nostros uniuersos, & homines Monaste-

rio-

riorum in *Osterhouen* & in *Aspach*, in quibus ipse jus aduocatie a nobis tenet, dimisit Liberos & quietos ab omnibus hospitalitatis & steurarum in commodis, ac aliis quilibuslibet vexationibus. A festo Purificationis proximo per duos annos continuos. Sed tamen antiquum & debitum aduocatie ius debet percipere ab eisdem. Item nullos de seruis locabit *in foro Osterhouen*, sed & locatos remouebit, preter eos qui proprietatem seu feuda hereditaria ibi tenent, nec ibidem ii tabernas exercebunt, nec alias erunt hominibus nostris graues. Adhuc super iure, quod ipse *Al.* dicit se habere in castro *Ernekk*, & in curtibus nostris *Osterhouen*, *Amingen*, & *Podingen*, si non potest nobiscum amicabiliter concordare juris sententiam postulabimus nos utrinque. Item nullus de suis castellanis, seruis aut hominibus ipsum pignorabit, occasione alicuius debiti bonis nostris, sed si factum fuerit continuo sine dispendio faciet emendare. Curabit etiam bona fide quod nullus extraneus ipsum in bonis nostris debeat pignorare. Pro quibus omnibus firmiter obseruandis dedit nobis fidejussores, viros discretos *Henricum de Phöllingen*, *Alberonem Wallerium Swikerum de Vorst*, & *Albertum de Fnert*: ut si predicta fuerint in aliquo violata, ipsi infra sex septimanas id faciant emendari. Alioquin si non fuerit emendatum, hi iidem fidejussores *Vilshouen* intrabunt inde non exituri, donec *ducentas Lib. Ratisbon.* nobis soluant, ipsam totius penam solut. quoties infra duos annos prescriptos predictorum aliquod fuerit violatum. Ut igitur hec predicta ipse *Al.* & fide jussores memorati nobis obseruent, dedimus eidem *Alb.* gratiam nostram & suis & feudum, quod a nobis ab antiquo & sine lite tenet, duximus conferendum. Si vero ipse vel fidejussores violauerint hanc concor-

diam nobis omnem queſtionem, quam ante compoſitionem habuimus contra ipſum, habebimus nobis ſaluam. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum fieri fecimus, & noſtro ac ipſius ſigillo iuſſimus Communiri. Hec etiam omnia firmiter obſeruanda dictus *Albertus* & fidejuſſores data fide promiſerunt ſe firmiter ſeruaturos. Acta ſunt hec anno Domini M. CC. LIX. XII. Kal. Januarii in Monaſterio *Oſterhouen*.

N. LXI. Donatio Hubae in Holerbach & Dotis ſanctae Crucis. An. 1259.

Nos *Albertus de Hals*, tam preſentibus quam futuris preſens ſcriptum inſpicientibus ſalutem in Domino. Quia propter infirmam hominum memoriam rite & bene determinata in obliuionem veniunt, & ſi quandoque vel litigioſa fiunt, vel totaliter pereunt, ne id eueniat in preſenti negotio, placuit ipſum literarum apicibus perpetue memorie commendare. Hinc eſt quod nos ad memoriam reducentes eccleſiam *Oſterhouenſem* jure aduocatie nobis attinentem, tum per nos, tum per pie momorie patrem noſtrum *Alramum de Hals*, indebitis exactionibus ſepius damnificatam, tandem ſuper hoc diuino timore & amore concepto, aliquandam dicte Eccleſie cupientes facere ſatisfactionem, ob prefati damni reſtaurationem & perpetue a Domino mercedis remunerationem, conſilio honeſtorum virorum habito viris religioſis in ſepe dicta Eccleſia *Oſterhouen* Deo militantibus tradidimus predia noſtra ſita in *Holerbach*, & Eccleſiam noſtram in *Mulheim* utraque ſuper principale S. Margarethe Virginis altare ſolemniter delegantes, ratum habentes ut ſi nos contigerit in poſterum vel uxo-

rem

rem noſtram impoſterum reſidere ibidem, tantummodo a ſacerdote, qui fuerit de conſortio fratrum eandem Eccleſiam inofficiari. Ut autem talis collatio perpetuam habeat firmitatem, preſentem paginam ſigilli noſtri munimine roboratam predictis fratribus aſſignauimus: huius rei teſtibus exiſtentibus & ſubnotatis Domino *Chunr. de Horbach*, *Alberone dicto Waller. Hartlibo & Altmanno de Winzer*, *Heinr. Allenchouer*, *Ottone Rege*, *Alberto de Fuert*, *Ruperto de Perndorf*, *Chunrado*, *& Leopoldo fratribus de Ekkcharting*, *Ortolfo de Weng*, *Friderico de Walchſing*, *Ottone de Luterbach*, *Helmwico de Fürt*, *Friderico Rabern*, *Ottone Tuſchel*, *Eberhardo fratre ſuo*, *Henrico de Gamhartſtorff*, *Leopoldo de Heſte*, *Dietrico de Willing*, *Bernhardo de Perndorff*, *Tyrolfo coquinario*, *Alberto & Friderico de Ramuels*, & aliis quam pluribus. Acta ſunt hec anno Dominice incarnationis M. CC. LIX. III. Kal. Decembris Indictione III.

N. LXII. Donatio Eccleſiæ in Mulhaim. An. 1259.

NOs *ALBERTUS DE HALS.* Uniuerſis preſentem literam inſpecturis vel audituris ſalutem in Domino. Acta mortalium procedente tempore obliuionis incurrerent detrimentum, niſi ſubueniretur eis ſtudio literarum. Hinc eſt quod nos Eccleſiam noſtram in *Mulheim* ſitam, quam Dominus *Albertus dictus Vzo* a patre noſtro & a nobis in beneficio habet per vite ſue tempora poſſidendam, ipſo *Alberto* viam uniuerſe carnis ingrediente, tradidimus in proprietatem fratribus in *Oſterhouen*, perpetuo poſſidendam, ſuper premiſſis preſentem literam fratribus prefatis aſſignantes. Datum Anno Domini MCCLVIIII. III. Kal. Decembris, Indictione tertia. Coram iis teſti-

ribus subnotatis. *Chunrado de Horbach. Chunrado de Porce. Hartlibo & Altmanno de Winzer. Alberto de Vurt. Ottone Rege. Chunrado & Livpoldo de Eckhärting. Ortolfo de Wenge. Friderico de Emerzchoven Friderico de Walxign. Dietrico de Willing.* & aliis quam pluribus testibus Ydoneis.

Sigillum N. 4. Tab. Osterhoven.

N. LXIII. Remedium Domini de Hals. An. 1262.

Nos *Albertus dictus de Hals* tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis vel audituris salutem in Domino. Quia propter infirmam hominum memoriam, rite & bene determinata in obliuionem veniunt, & sic quandoque litigiosa fiunt, vel totaliter pereunt, ne id in presenti negotio eueniat, placuit ipsam literam apicibus perpetue memorie commendare. Hinc est quod nos ad memoriam reducentes Ecclesiam *Osterhouensem* jure aduocatie nobis attinentem tum per nos, tum pie memorie patrem nostrum *Alramum de Hals*, indebitis exactionibus damnificatam; tandem super hoc diuino timore & amore concepto, aliquandam dicte Ecclesie cupientes facere satisfactionem, ob prefati damni restaurationem, & perpetue a Domino mercedis remunerationem, consilio honestorum virorum habito viris religiosis in sepedicta Ecclesia Osterhouensi Deo militantibus tradimus capellam nostram in *Mulhaim* sitam cum dotibus eidem Capelle attinentibus, scilicet in *Mulhaim* Hubam, in *Wissensing* Hubam, in *Winchlorn* dimidiam Hubam, in *Walchksing* feudum, quinquaginta soluens denarios, super principale S. Margarethe virginis altare solemniter delegantes, Ratum habentes, ut si nos contigerit imposterum vel uxorem nostram

ibi-

ibidem residere eandem capellam tantummodo a sacerdote, qui fuerit de eorundem consortio, inuestiri. Ut autem talis nostra collatio perpetuam habeat firmitatem, presentem paginam predictis fratribus sigilli nostri munimine assignauimus roboratam. Huius rei testibus existentibus & subnotatis, Dn. *Chunr. nobili de Horbach*, *Alberone dicto Waller*, *Hartlibo & Altmanno fratribus de Wintzer*, *Henr. Aluchouer*, *Ottone Rege*, *Alberto de furt*, *Ruperto de Perndorf*, *Chunr. & Leopoldo de Ekkarting*, *Ortolfo de Weng*, *Friderico de Emtzchouen*, *Alberto Oeder*, *Ottone de Lauterbach*, *Helwico de furt*, *Friderico Rabner*, *Ottone Tuschel*, *Eberhardo fratre suo*, *Heinrico de Gainhartstorff*, *Leopoldo de Heft Dietrico de Willing*, *Bernardo de Pirndorff*, *Tyrolfo Osterhouen coquinario*, *Alberto & Friderico de Ramuels*, & aliis quam pluribus. Acta sunt hec anno Domini MCCLXII. V. Idus Augusti Indictione. V.

N. LXIV. Decisio Litis in curia Amelstorf. An. 1262.

Cum ea, que a mortalibus aguntur, memoria ipsorum frequentibus elabantur, necesse est, scripturarum testimonio commendare. Nos igitur *Albertus de Hals* per presens scriptum tam presentibus innotescimus quam futuris controuersiam, que fuit inter venerabilem Prepositum & Conuentum in *Osterhouen* ex una parte, *& Albertum inclusum & Eckhardum de Anwaltstorff* ex altera parte pro curia in *Anwaltstorff* sita, consentientibus partibus ad arbitros ipsarum partium, scilicet *Ortolfo de Weng*, *Chunrado de Ekkarting*, *Alberto de furt*, *Ruperto de Pirndorff*, nobis assessore existente fore taliter decisam, ut prefatus Conuentus eisdem *Alberto incluso*

& Ekhardo de Anwaltſtorff ſex libras den. perſoluerent quod & fecerunt, & predicta Curia in eiuſdem Eccleſie uſum perpetualiter cum adjacente pomario, & triginta den. qui ſingulis annis ipſi *E. de Anwaltſtorff* pro jure ſoluebantur aduocatie cederet & proprietate. Vt autem deciſio, & abdicatio curie eiuſdem coram altari S. Margarethe ab utroque ſcilicet *Al. incluſo & E. de Anwaltſtorff* facta firma permaneant, hanc literam cum ſubannotatis Teſtibus, *Alberto de Hals*, *Ortolfo de Weng*, *Chunrado de Ekkarting*, *Alberto de Fuert*, *Ruperto de Prindorff*, *Helwico de fuert*, *Alberto de Chloſner*, *Eckkhardo de Anwaltſtorff*, *Alberto & Henrico Fratribus de Rannuels*, *Henrico de Gainhartſtorf*, *Erwino Otakchero*, *Perchtoldo de Steten*, *Chunr. de Walchſing*, *Ludwico de Aitenpach*, *Dietmaro Henrico de Lintzing*, *Dietmaro de Holtzheim*, *Ottone Dietrico de Weſterbach*, *Henrico Anuger*, *Geiſelhero Friderico Stuinpfeil*, *Henrico de Aitenpach*, *Dietrico de Willing*, *Henrico Chregel*, *Wernhardo de Weſterbach. Heinr. de Cell. Heinrico de Greuendorf*, *Wernhero*, *Pellifice*, *Alberto Wunderdahs*, *Alberto Henrico & Wilhalmo Engelperto* ſeruis eiuſdem Eccleſie, & aliis quam pluribus, eidem Oſterhouenſi Eccleſie Sigilli noſtri charactere tradidimus communitam. Acta ſunt hec Anno Domini MCCLXII.

N. LXV. Notificatio Domini Praemonſt. Abbat. Epiſcopo Patau. de Parochia Oſterhouen. An. 1262.

Reuerendo Patri & Chariſſimo Domino in Chriſto, Dei gratia Ven. Patau. Epiſcopo *Johannes* eiusdem patientia *Premonſtratenſis* Abbas, & eiuſdem ordinis abbatum Capitulum

lum generale, salutem, & cum deuotis orationibus paratam ad beneplacita voluntatem cum omni reuerentia & honore. Cum Ecclesia *Osterhouen* vestre dioceseos aliquas parochiales ecclesias habeat in vestra diocesi, constitutas, in quibus Ecclesiis deseruierunt Canonici Ecclesie de Osterhouen per longum tempus pacifice & quiete. Paternitati vestre attentius supplicamus intuitu Dei, & orationum totius ordinis respectu sustinere velitis, quod predicti Canonici dictas Ecclesias parochiales teneant, sicut fecerunt hactenus, & ministrent in ipsis, cum istud iniuriosum non sit vobis, maxime cum ordini nostro per priuilegium sit indultum, quod fratres eiusdem ordinis possint deseruire parochialibus Ecclesiis, quarum jus patronatus ad Ecclesias suas pertinet, in quibus Ecclesiis licitum est per Canonicos nostri ordinis deseruiri. Datum Praemonst. in Capitulo generali, anno Domini MCCLXII.

N. LXVI. Litera ad Episcopum Patau. de presentatione Plebani in Osterhoueu. An. 1263.

Reuerendo in Christo Patri ac Domino, O. Dei gratia Patau. Episcopo I. eiusdem patientia Premonstraten. Abbas, & eiusdem ordinis, abbatum capitulum generale salutem & oratio es in Domino. Nouerit vestra veneranda paternitas in Ecclesia Premonstratensi quoddam priuilegium apostolicum ordini nostro indultum haberi. „ *Clemens* Episcopus seruus seruorum Dei &c. „ In quo etiam priuilegio sequens clausula continetur in hec verba. „ In parochialibus etiam Ecclesiis, „ quas habetis, liceat vobis quatuor vel tres de Canonicis ve„ stris seu minus ponere, quorum unum diocesano Episcopo

„ presentetis, qui ei de spiritualibus, vobis autem de tempo-
„ ralibus & de ordinis obseruantia debeat respondere. Si qua
„ igitur &c.„ Nos autem vobis humiliter supplicamus, quatenus ob amorem Dei & ordinis reuerentiam illum de Canonicis Ecclesie Osterhouensis quem Abbas &. Conuentus eiusdem loci ad Curam ipsius parochie duxerint presentandum, benigne & liberaliter admittatis secundum formam priuilegii supradicti. Valeat bene & diu vestra Paternitas reuerenda. Datum Premonstrati. in Capitulo generali, anno Domini MCCLXIII.

N. LXVII. Relaxatio Juris Ciuilis in Mulpeunt & Molendino. An. 1263.

Notum fiat inspectoribus presentium uniuersis, quod ego *Ortlibus de Winckel* Ecclesie in *Osterhouen* redditus LX. den. quos de molendino ad eandem Ecclesiam pertinente in *Chrems* sito, exspectabam juris ciuilis titulo annuatim pro anime mee remedio accedente omnium heredum meorum spontanea voluntate delegaui perpetuo hac spe ductus, quod ratione delegationis pretaxate non solum inter eorum benefactores me ascribi faciant, imo in Curia eorum *Chrems*, quoties in eadem me contigerit pernoctare, ad aptationem lignorum ac etiam Lectisterniorum commodum mihi ordinent & disponant. Ut autem facta per me delegatio preuotata in euum permaneat inconuulsa, presens instrumentum appensione sigilli mei in robur & testimonium euidens est munitum, Testibus annotatis, quorum nomina D. *Irnfridus* Canonicus Patau. Decanus Chremens. D. *Rapoto*, Dominus *Hermannus*, *Chunr.*

Pri-

Prior, *Sifridus*, *Rudolfus Raechio*, *Volckmarus* Fratres Eccleſie prenotate, frater *Chunr.* procurator in Chrems, *Chunr.* Notarius Decani Chremenſis, Dominus *Rapoto de Valchenberch*, *Wernhardus*, *Ratoldus Ludwicus de Winckel*, *Gozzo judex in Chrems*, *Walchunus Wurko*, *Izaixmannus Herwicus*, *Chunradus de Haedreſtorff*, *Pilgrimus in foro ciues Chremen.* Acta ſunt hec *Chrems* anno Incarnationis Verbi MCCLXIII IV. Non. Octobris, preſidente Eccleſie in *Oſterhouen* venerabili prepoſito *Alberto* Domini Ottonis Epiſcopi venerabilis Anno IV.

N. LXVIII. De quadam Vinea in Chrems. Anno incerto.

Nos Capitulum Patau. Eccleſie per preſens ſcriptum notum facimus Uniuerſis tam preſentibus quam futuris, quod fratres de *Oſterhouen* habuerunt vineam incultam in monte qui dicitur *Pfaffenberg*. Vineam illam *Otto incluſus* ſuſcepit excolendam in remedionem peccatorum ſuorum, tali tamen interpoſita conditione, quod unam urnam vini eo vivente clauſtro prefato ſingulis annis perſoluere non omittat vinea de eadem. Preterea predictus *Otto* habuit vineam vinee fratrum predictorum contiguam, quam prefatis fratribus de Oſterhouen poſt diem obitus ſui tradidit diuine remunerationis intuitu, ut in feſto S. Oſwaldi, ipſius & uxoris ſue *Irngardis* memoria annis ſingulis celebretur de predictarum fructibus vinearum. Ut autem teſtamentum illud ratum ſit, & predicti fratres ſecuri eſſe poſſint a ſuorum impulſatione amicorum, D. *Engelschalcus judex Henr. Goltſtain*, *Chunr. Setzer* ciuis Patauienſis predictis fratribus de Oſterhouen pro *Ottone incluſo* fidejuſſerunt.

In cuius rei teſtimonium preſentem paginam tam noſtra quam predictorum fratrum de Oſterhouen, ſigillis fecimus roborari.

N. LXIX. De Redditibus Infirmariae. An. 1267.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis, Patris, & filii & ſpiritus ſancti Amen. Quia propter infirmam hominum memoriam rite & bene determinata in obliuionem veniunt, & ſic quandoque vel totaliter pereunt, vel litigioſa fiunt, ne id in preſenti negotio contingat, placuit ipſum literarum apicibus perpetue memorie commendare. Nos igitur *Chunradus Dei gratia Oſterhouenſis* Eccleſie humilis Prepoſitus, & eiuſdem loci conuentus, notum eſſe cupimus tam preſentis etatis, quam ſucceſſure poſteritatis omnibus Chriſti fidelibus, quatiter Deo deuotus ſacerdos, Dominus *Reinoldus plebanus in Regen* dilectus ac fidelis Eccleſie noſtre amicus pie deuotionis affectu nouiſſima ſua miſericordie operibus preuenire cupiens ſecundum dominicam ammonitionem: *Eſſote miſericordes*: & illud *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur*: Duas vineas noſtras *Wartperch* & *Windleiten* penitus incultas & dirutas tali conditione ſibi aſciuit recuperandas, ut temporibus ſuis illarum vinearum prouentu potiatur, nil inde perſoluens, niſi quod ſibi Dominus inſpirauerit: ipſo autem rebus humanis excedente ad infirmariam domus noſtre, quam de nouo inſtituimus, predicte vinee pleno jure, quo ipſe tenuit, deuoluantur. Preterea aſſignauit nobis XXVIII. lib. monete Ratisponen. pro comp.. ando predio quod poſſit annuatim ſoluere duas libras, quarum ſibi dimidia pars, videlicet una libra cedat, ad infirmariam vero reliqua pertineat,

neat, post obitum vero ipsius predicti redditus ad domum infirmorum plenarie pertinebunt. Nihilominus autem ut eadem domus necessitatibus fratrum debilium commode valeat construi, quinque libras nobis obtulit, petens, ut, quicquid deliquerit, misericordie operibus expietur. Ceterum perpendens illud, dum crescunt doua, crescit simul ipsa corona: duas libras addidit pro comparandis IV. vaccis in caseis & lacte infirmis & minutis fratribus profuturis. Nos igitur cum desideriis suis non possemus ad presens in comparando predio satisfacere, curiam nostram in *Oxigen* a predecessoribus nostris emptam loco prefati predii tantundem soluentem assignamus eidem, donec Deo volente aliud emere valeamus. Attendentes vero tantis redditibus eandem domum difficulter posse subsistere, compassione nature inducti, & promisse nobis patrie cupientes gloriam consequi, de conniuentia fratrum nostrorum communi consilio de redditibus claustri ordinauimus atque statuimus per nos & successores nostros singulis annis dari ad eandem domum *XII. porcos valentes tria talenta*, vel eosdem den. & omnem decimationem carnium, tam intrinsecus quam extrinsecus totius nostre parochie infirmis fratribus ac minutis, secundum discretionem Prelati eiusdem domus prouisoris, salua ordinis forma statutis temporibus misericorditer profuturam. Ad instantiam vero predicti Domini *Reinoldi*, *frater suus Dominus Berchtoldus de Perndorf* pro remedio anime sue dedit ad eandem domum quoddam predium in *Chriesdorf*, quod soluit annuatim dim. Lib. & xenia, & Domina *de Herlach* ordinauit decimam in *Reispach*, quam nobis *maritus eius Dominus Chunradus* testatus est dari predicte domui mod. tritici censualem, & altilia de eadem curia profutura. Ne quis igi-

tur

tur ſucceſſorum noſtrorum hanc noſtram ordinationem, piam que prefati viri eleemoſynam ullo modo audeat violare, ſub interminatione extremi judicii inhibemus, adjungentes ut de preſcriptis redditibus anniuerſarius patris ſui, & ſuus ſingulis annis, quanto honeſtius cum dim. Lib. poterit, celebretur. Ut autem talis noſtra ordinatio, & ſepedicti viri procuratio firma & inconuulſa perpetuis temporibus conſeruetur, preſens ſcriptum exinde confectum ſigillis talibus: videlicet Domini Abbatis de *Wimberg*, & patris abbatis domus noſtre Praelati de *Vrſperg*. nec non & noſtro, & Capituli noſtri, ac ipſius plebani de *Regen* juſſimus roborari. Acta ſunt hec anno Incarnationis Dominice MCCLXVII. XII. Kal. May. Indictione XI.

N. LXX. Arbitrium inter Altahenſe, & Oſterhouenſe Monaſteria An. 1269.

Per preſens ſcriptum pateat Uniuerſis, quod cum homines ville de *Munichdorf* ex una parte, & homines ville de *Wizzenſing* ex altera, ſemper in tertio anno tunc videlicet, quando campi utriusque ville ſibi oppoſiti ſine ſemine jacent, quod vulgo dicitur *Trat*, diuerſa jurgia fierent, aſſerentibus hominibus de *Munichdorf*, quod pratum interiacens illis campis tunc deberet ad eorum paſcua pertinere: Illis vero hominibus de *Wizzenſing* aſſerentibus, quod ipſi tunc ſicut in pricribus duobus annis deberent ipſum pratum ab omnibus paſcuis cuſtoditum falcare. Tandem nos *Hermannus abbas in Altach*, & *Chunradus Prepoſitus in Oſterhouen*, cum conſenſu venerabilis Abbatiſſe de *Obernmynſter* per literas Eius porrecto, ac etiam nobilis vir *de Hals*, bonorum utriusque Monaſterii in

illis

illis partibus aduocatus, cum multitudine proborum hominum, in prato conuenimus memorato, & per arbitrum in sedecim personas ex utraque parte compromissum concordauimus tali modo, ut tunc, hoc est, in quolibet tertio anno immediate illius prati quedam pars eius tunc fossis & lapidibus terminate distincta singulis annis custodiri debeat & falcari: illa vero pars prati que abinde versus occidentem extenditur, & illa que a predicto limite vergit ad orientem, tunc quando sicut predictum est, ager utriusque ville sine cultura jacet, ad ambarum villarum pascua debeat pertinere. Hoc excepto vel superaddito, ut quando quedam pars agrorum de Winzzensing versus occidentem jacuerit cum cultura, tunc illi homines de Munichdorf ultra stratam publicam cum suis pecoribus pascua non requirent. Et ne prefati homines de Munichdorf, & de Wizzensing ad Ecclesias *Altach*, *Osterhouen* & *superius Monasterium* pertinentes, supra dictam diffinitionem siue compositionem excedere vel irritate presumant, sigilla predictorum Dominorum videlicet H. Abbatis de Altach & Chunr. Prepositi de Osterhouen, & Abbatisse superioris Monasterii Rat. ac etiam Domini *Alberti nobilis de Hals* ad robur & testimonium omnium predictorum huic pagine sunt appensa, quorundam nihilominus Testium nominibus subnotatis: Testes *Altmannus de Wintzer*, *Hugo de Rotenmann judex* tunc, *Henr. de Heiming*, *Henr. Gaeuman*. *Rudigerus judex de Osterhouen*. *Ulr.* & *Gotpoldus de Otmaring*, *Henr. de Oetling*, *Leopoldus*. *Alhard.* & *Paltwinus de Aeming*. *Wernhardus de Sähsing*, *Henricus de Auerbach*, *Eberhardus de Mulhaim*. *Chunradus Officialis de Puehouen*, *Egno villicus de Monichdorf*, & alii multi. Actum in Vigilia S. Margarethe, anno Domini MCCLXIX. Amen.

N. LXXI. Precarium Hubae in Winkchel. An. 1270.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pateat, quod quidam Colonus Ecclesie Osterhouen. Hubam quandam eiusdem Ecclesie dictam in *Winkchel* quam hereditario jure ab Ecclesia possederat irrequisito & inconsulto conuentu Domino *Rapotoni de Exzenbach* vendidit, quam ille subter eodem jure liberis suis reliquit, & ipsi eandem hubam cuidam *Ulrico* dicto *de Runting* in feudo contulerunt. Verum cum Colonus Ecclesie hubam prefatam, nec vendere nec alienare potuisset ab Ecclesia, predicte Ecclesie rectores tamdiu ipsos coram judicio seculari conuenerunt, donec testibus idoneis comprobauerunt, quod prefatus *Ulricus* & dominus *Alberto de Exzenbach* quem collatorem sui feudi memorabat, nihil juris in eadem huba haberent, sed quadam violentia possederunt. Postmodum vero dominus *Rapoto* predictam Ecclesiam super eadem huba impetiuit, sed mediante consilio domini *de Hals* & aliorum honestorum virorum, hac conditione predictam causam terminarunt, ut datis XII. solidis prefato *Ulrico*, dominus *Rapoto* unacum heredibus suis & *Ulr.* cum heredibns suis omni juri, quod in eadem Huba se fatebantur habere, penitus renunciarent, quod & fecerunt presentibus domino *de Hals*, & domino *Al. de Rotavve*, & sigillorum suorum munimine roborantibus abrenuntiationem superius memoratam. Ne autem in posterum super predicta cauta Ecclesie Osterhouensi aliquod scrupuluni dubietatis oriatur, presens scriptum sigillis domini *de Hals* & domini R. *de Exzenbach*, & domini *Al. de Rotavve* munitum eidem est Ecclesie assignatum. Testes *Fridericus de Eglolfsheim*, *Leupoldus de Ekhartinge*, *Hilprandus judex de*

Griezpach, *Chunr. de Poppenperg*, *Wernherus Pincerna*, *Frid. de Sigenheim*, *Rugerus Wetzel* & alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M. CC. LXX. Idus Septemb. Indictione XIV.

N. LXXII. Donatio Curiae in Amelstorf. An. 1276.

Ne rerum gestarum labatur memoria, inuenta sunt remedia scripturarum, que consueuerunt fragilitatem humani generis eternare. Hinc est quod nos *Berchtoldus* Dei gratia Babenbergensis Ecclesie Episcopus ad notitiam tam futurorum quam presentium peruenire cupimus, quod dilectus fidelis noster *Ekhardus de Amelstorf* curiam sitam in *Amelstorf*, quam a nobis & a nostra Ecclesia in feudo habuit, presentibus viris honorabilibus & fide dignis videlicet *Consanguineo nostro Alberto de Hals*, *Alberto incluso*, *Ortolfo de Wenge*, recognoscens ius Prepositi *Dietpoldi* venerabilis & conuentus in *Osterhouen*, & quod ultra jurium calculum, super processione eiusdem Chunr. VIII. Lib. denar. Ratispon. idem Prepositus dederit recurrens ad propriam conscientiam libere & voluntarie pro suis peccaminibus, super aram S. Margarethe in Osterhouen, sine doli scrupulo resignauit, quam resignationem diligentissime approbabimus indagantes veritatis experientia ita esse. & ob hoc eandem curiam in *Amelstorf* Prepositо *Ghunrado* venerab. in Osterhouen & conuentui ibidem contulimus resignationem prelibatam nostri sigilli robore confirmantes. Et ut hec inconuulsa permaneant atque rata, presentibus Literis testes idoneos duximus inferendos. Qui sunt *Emecho* Decanus Ecclesie Babenbergen. *Joannes* Decanus de Muchel Scholasticus ibidem *Fridericus de Weitzmen*. *Frid. Custos* Ecclesie S.

Jacobi in Babenberg, *Wernhardus* noſtre curie capellani & nobilis *Rupertus de Hertenſtein*, *Vollandus de Wiſſentoite*, *Berchtoldus de Wkenperge*, *Chunr. Chrumlimus Ulricus dapifer noſter de Weiuenſtorf*, *Brumuardus de Babenberg*, & alii quam plures. Datum apud *Nideraltach*, Anno Domini M. CC LXXVI. in die beati Remigii.

N. LXXIII. Quod nobis liceat noſtras Eccleſias Parochiales inofficiare. An. 1284.

Uniuerſis preſentes litteras inſpecturis, *Milo* miſeratione diuina *Sueſſionenſis* Eccleſie miniſter humilis ſalutem in Domino. Nouerint Uniuerſi, quod nos anno Domini Milleſimo. ducenteſimo. octogeſimo. quarto. die mercurii poſt feſtum beati Dyonyſii in quodam priuilegio, quod ſic incipit. „ *Cle-* „ *mens* Epiſcopus Seruus Seruorum Dei dilectis filiis *Hugoni* „ Abbati Premonſtratenſis Eccleſie eiuſque fratribus tam pre- „ ſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetu- „ um. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum conuenit „ adeſſe preſidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut „ eos a propoſito reuocet, aut robur, quod abſit ſacre reli- „ gionis infringat. „ *& infra. & ſic terminatur.* „ Datum La- „ terani per manum Moyſi S. Romane Eccleſie Subdiaconi, vi- „ cem agentis Cancellarii Kal. Aprilis Indictione VI. Incarnatio- „ nis Dominice, Anno Milleſimo Centeſimo Octogeſimo Octa- „ uo. pontificatus vero Domini Clementis pape tercii anno „ primo. „ Vidimus inter cetera quandam Clauſulam conti- „ neri, quam de verbo ad verbum legimus, & diligenter inſpeximus, cuius ſiquidem Clauſule tenor ſequitur ſub hac for-

ma.

ma. „ In parochialibus autem Ecclesiis, quas habetis, liceat „ vobis quatuor vel tres de Canonicis vestris ponere, quorum „ vnum diocesano Episcopo presentetis, qui ei de Spirituali- „ bus, vobis autem de temporalibus, & Ordinis Obseruancia „ debeat respondere. „

Originale.

N. LXXIV. Quod Monasterio Liceat suas Ecclesias Parochiales inofficiare, & indignos reuocare An. 1284.

Uniuersis presentes literas inspecturis. *Milo* miseratione diuine Suession. Eccleſie minister humil. Salutem in Domino. Nouerint uniuersi quod nos anno Domini MCCLXXXIV. die Mercurii post festum beati Dyonisii Literas infra scriptas vidimus, & diligenter de verbo ad verbum inspeximus, tenorem, qui sequitur, continentes. „ *Alexander* Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus fratribus, Archiepiscopis „ & Episcopis, ad quos litere iste peruenerint, salutem & apostolicam benedictionem, dilecti filii Abbas Premonstratenſis & alii Abbates sui ordinis coram nobis exponere curarunt, quod eum canonici eiusdem ordinis commorantes in „ parochialibus Ecclesiis ad ipsos spectantibus aliquo casu delinquunt, ita quod expediret eos ad Claustrum suum recepturos disciplinam ordinis reuocari. Quidam vestrum indignum fauorem impendentes eisdem, ipsos retinere conantur „ in locis, in quibus nequeunt absque scandalo & Ecclesiarum „ ipsarum dispendio commorari. Ad hec cum in eorum ali-

„ quos propter ſuos exceſſus excommunicationis ſententiam
„ promulgatis, relaxare non vultis eandem niſi pena pecu-
„ niaria precedente. Ideoque Uniuerſitatem veſtram ad in-
„ ſtar bone memorie H. PP. predeceſſoris noſtri rogandam
„ duximus & monendam per apoſtolica vobis ſcripta mandan-
„ tes, quatenus cum dicti Abbates tales ad Clauſtrum prop-
„ ter ſcandalum, & Eccleſiarum diſpendium euitandum, ſeu
„ etiam pro diſciplina monaſtica circa deliquentes huiuſmodi
„ exercenda duxerint reuocandos non obſiſtatis eidem, nec
„ illis fauorem indebitum impendatis, ſed inſtituentes prout
„ ad vos pertinet, in ipſis Eccleſiis alios vobis preſentatos ab
„ ipſis deliquentes reuocari, ad clauſtrum Libere permitta-
„ tis diſciplinam ordinis recepturos ne aliter faciendo tribua-
„ tis eis audaciam detrectandi obedientie iugum, & ipſorum
„ Abbatum poteſtatem quodammodo minuatis. Illud autem
„ diſtrictius inhibemus, ne pro relaxandis excommunicationis
„ ſententiis promulgatis in ipſos, penam pecuniariam exiga-
„ tis, cum nec habeant proprium, nec illorum culpa debeat
„ in Eccleſie diſpendium redundare. Datum *Agnanie* IV. Non.
„ Nouembris Pontificatus noſtri anno II. „

N. LXXV. Apocha ſolutæ Dicimæ Papalis. An. 1284.

Quia preſentis etatis negotia conſumit obliuio, niſi fidelis ſcripture teſtimonio roborentur. Ego igitur *Reinhardus plebanus Eccleſie S. Pauli in Patauia Collector decime* a Domino Legato ſedis apoſtolice ſubſtitutus profiteor omnibus preſentem literam inſpecturis, quod venerabilis Prepoſitus de *Oſterhouen* de redditibus & prouent. computatis omnibus ſue

Eccle-

Ecclesie totam decimam, videlicet *LX. Lib. Ratispon. den. & V. Lib. Wien.* mihi sub juramento persoluit. In Cuius rei testimonium & certitudinem firmiorem presentem dedi schedulam, mei sigilli munimine roboratam. Datum *Patauie* Anno Domini MCCLXXXIV. XV. Kal. Augusti.

N. LXXVI. Emtio Curiæ in Posching pro annuo Censu. An. 1284.

Notum sit omnibus presentem literam inspecturis, quod ego *Everbinus Ederstorfarius*, mihi & meis posteris per XXIII. Lib. den. Ratispon. apud Dominos meos de *Osterhouen* curiam in *Posching* sub scripta conditione jure hereditario comparaui, videlicet ut ipsis annis singulis in festo S. Margarethe XXXVI. Dn. pro censu soluere, vel saltem infra octauam sequentem nullatenus contraditam, quod si fecerim in duplo dictis dominis me profiteor obligatum, hoc adjecto, quod si eandem curiam vendere decreuerim, primo ipsos Dominos meos de Osterhouen requirere me promisi, si autem emptionem conducere recusauerint, cuicunque voluero vendere, vel obligare potero curiam prenotatam. In Cuius rei testimonium presentem literam mei ac dilecti mei amici *Hugonis de Yserhouen* duxi sigillorum prouidentia insigniri. Actum Anno Domini MCCLXXXIV.

N. LXXVII. Precarium in der Avve iuxta Champ. An. 1286.

Nos *Albero* diuina miseratione Ecclesie in *Osterhouen Prepositus* & conuentus ibidem scire cupimus inspectores presen-

sen-

sentium Uniuersos, quod nos Domine *Elisabeth Pueslinen cognomine in Oezendorff* residenti, & quamquam prius eiusdem duobus *Filiis* Hadmaro videlicet, & *Hagnoni*, & tribus *filiabus Elisabeth*, *Caecilie*, & *Sophie*, nostrum agrum, idem qui *Avve* dicitur, cum suis attinentiis ad dies earundem sex personarum in omnem euentum locauimus sub hac forma, ut in die B. Cholomanni nobis duos mod. unum Sil. & unum avene in Curiam nostram in *Chremsa* sine omni labore nostro annis singulis inde soluant; conditionibus his adiectis, quod si tale seruitium duorum modiorum aliquo anno persoluere nobis ausu temerario in die neglexerint memorato, ex tunc predictus ager in nostram potestatem libere reuertetur. Si vero tale seruitium non temere, sed impedimento legitimo nobis dare neglexerint suo die, ab illis talis negligentia nostro gratioso arbitrio relinquetur: & ut talis locatio robur obtineat firmitatis super ea, premiemoratis sex personis formauimus presens scriptum, sigillorum nostrorum robore communitum. Cum testibus presentibus idoneis & discretis, quorum nomina sunt D. Wilhalmus &c. Datum in *Chremsa*, anno Domini MCCLXXXVI. In die Undecim millium Virginum.

N. LXXVIII. De Vigiliis & Missis in Capitulo An. 1287.

Quoniam per varios rerum tumultus emergentes multa ab humana labuntur memoria, necesse est ea, que ad posteros volumus emanare, scripture testimonio solidare. Nos igitur *Albertus Comes de Hals* cupimus patefieri Uniuersis presentem paginam inspecturis, quod cum Domino *Ulrico* venerabili Preposito Ecclesie *Osterhouen.* de consensu & boua voluntate

tate fratrum eiusdem loci felicem tractatum cooperante spiritu consilii pro eodem commodo, & ob salutem & remedium anime nostre omniumque parentum nostrorum tam succedentium, quam & eorum, qui feliciter decesserunt, taliter cum ipsis contraximus, illud Euangelii attendentes: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Ut singulis annis nobis viuentibus una dierum, quam ad hoc elegerimus, sex Scaffia Landavvensium mensure siue frumenti siue alterius annone de qua eodem anno dicti fratres sustententur; & porcos sex, quemlibet valentem Dn. LX. distribuere pauperibus non omittant, & quicquid de dicta Eleemosyna residuum extiterit, ibidem ad hospitalis domum deportetur, quod ex hoc Pauperum indigentia valeat recreari. Fratrum verò consortio altera dimidia carrath vini cum alleciis & ouis cedet singulis annis de suis possessionibus tempore subnotato. Qualibet enim septimana una dierum, quam ipsi ad hoc elegerint, circa vesperam vigilie defunctorum ad sanctum spiritum & sequenti die Missa pro defunctis illic per conuentus presentiam persoluentur, nisi magne festiuitates, ut sunt hebdomade Natiuitatis, & Resurrectionis Domini, atque festum Pentecostes id ipsum interceperint. Quo facto eodem die fratribus dimidia urna vini administrabitur, & oua duo cuilibet fratri cum quotidiana prebenda, que ex hac collatione nullatenus minuetur. In quadragesima singulis diebus ad Sanctum spiritum conuentus mortuorum vesperas decantabit, cui scilicet conuentui quolibet die per totam Quadragesimam dimidia urna vini, & unum allec cuilibet fratri administrabitur cum quotidiana prebenda, que ex hoc detrimentum minime patietur, memoratam enim Eleemosynam hoc anno & duobus sequentibus, ex parte

prout melius potuerint, & in quarto anno ac deinceps singulis annis perpetuo, sicut prelibauimus, plenarie & fideliter persoluere non cessabunt. Quapropter prefatis fratribus in recompensationem sepedictae Eleemosyne duas vineas in Austria sitas, unam in *Aemburch*, reliquam in *Chrems* cum omnibus pertinentiis suis requisitis & irrequisitis de nostra proprietate iusta contulimus possidendas, ipsas super aram S. Margarethe Virginis & Martyris publice delegando. Insuper secundum quod ius proprietatis super tali collatione expostulat., a festo S. Michaelis proxime venturo per anni circulum, & tota die sequenti, si quas impetitiones a quibuscunque hominibus pro dictis vineis passi fuerint, pro eis certissime erimus respondituri. Ceterum dicta elecmosyna in nostre depositionis die, que anniuersarius noster erit, pro nostri remedio & omnium parentum nostrorum, & eorum, qui suis beneficiis se predictae eleemosyne implicauerint, distribuetur eternaliter ipso die, in quo & Conuentus sicut solitum est in solemnibus anniuersariis, albo pane, vino, piscibus & ouis consolari debetur. Preterea, ut supradicte Eleemosyne consolatio rata sempiternaliter habeatur, compromisimus ex utraque parte quod quamcunque viam venerabilis Episcopus Patau. Ecclesie super eo inuenerit, a nobis & posteris nostris firmiter obseruari. Ut autem hec collatio felicis propositi nostri firma maneat & integra, & ne alicuius temeraria presumptio eiusdem collationi valeat obuiare, presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus communire. Huius vero tractatus Testes sunt *Rechwinus Prior*, frater *Henricus infirmarius*, frater *Ulricus Cantor*, Frater *Grimoldus* sacerdotes, *Heinricus* Supriör, Frater *Walchunus plebanus*, Frater *Ulricus Sieuus*, Frater *Chunradus*, Frater *Fri-*

dericus, Frater *Herwicus*, Frater *Eberhardus* Subdiaconi. Milites autem sunt hi. *Herm. & Meingotus dicti Ysel*, *Eberhardus & Otto Fratres de Desenheim*, *Otto Rex*, *Leutpoldus de Ekkcharting*, *Tyrolfus Officialis de Osterhouen*. *Heinricus de Aemingen*. Item de Familia *Domini de Hals*, *Fridericus de Eglofshaim*, *Godfridus Judex*, *Albertus & Ulricus fratres de Fuert*, *Chunradus de Ekkcharting*, *Chunr. de Fronstet*, *Reinoldus de Perndorf*, *Eberhardus de Prukperch*, *Eberhardus Prepositus de Gottinsdorf*, *Heinr. & Fridericus fratres dicti de Herantstorff*, *Heinr. Celler*, *Gutmannus*, *Gerhohus & Albertus fratres de Ranuels*, *Chunr. Tragenreutter*, *Rugerus de Monten*, *Chunradus Notarius*, & alii quam plures. Acta sunt hec anno Incarnationis Dominice MCCLXXXVII. in octaua Assumptionis Beate Marie Virginis.

N. LXXIX. Confirmatio Vitalitii An. 1289.

Nos *Wolfkerus* Dei gratia Decanus Ecclesie Patau. tenore presentium profitemur, quod bone memorie D. *Albertus* quondam *Osterhouensis Prepositus* de assensu conuentus sui curiam villicalem in *Prukk*, quam olim *Ortlinus in Nouo foro* dum viueret precarie possedit, *filio eiusdem Ortlini Ulrico impletori* & *uxori sue Mechtildi* recepta ab ipsis certa pecunie quantitate concessit iure precario ad vite ipsorum tempora sub conditionibus infra scriptis, videlicet quod ipsi annis singulis vite sue nomine seruitii in signum dominii & proprietatis titulum in Natiuitate Beate Virginis *X. Sol. Ratispon. mon.* persoluant Ecclesie Osterhouen. sublatisque ipsis ab hac vita, dicta curia ad Ecclesiam Osterhouen. libere reuertatur. Pro-

fitemur etiam, quod Vir honorabilis D. *Ulricus Abbas Eccleſie Oſterhouen*: eundem contractum ſub premiſſis conditionibus de aſſenſu ſui Conuentus coram nobis ſimiliter confirmauit. Unde ne poſſit ſuboriri calumnia rogati a partibus preſentes dedimus literas noſtro Sigillo munitas. Datum Patauie anno Domini MCCLXXXVIIII. feria V. proxima poſt Paſcha, Ameu.

N. LXXX. Venditio Hubæ in Ebring. An. 1289.

Ne longinquitate temporis obſcuretur conditio Originis, facta ſolent hominum ſcripture teſtimonio roborari. Idcirco Ego *Herwurgis relicta Domini Henrici de Waldekke* preſentibus confiteor & aperte profiteor, quod hubam ſitam in *Ebring*, ad me jure proprietatis pertinentem, Domino *Ulrico* venerabili Abbati & conuentui S. Margarethe in *Oſterhouen* Patau. Dioeceſeos deliberato conſilio tradidi & vendidi pro XII. Lib. Ratispon. Dn. quorum ſolutionem & numerationem mihi confiteor eſſe factam renuncians non numerate pecunie, doli mali exceptioni & omni defenſioni per quam de jure ſcripto vel non ſcripto poſſet ſupradicta venditio retractari. Proceſſit enim dicte venditionis contractus de voluntate & expreſſo conſenſu dilecti *filii mei*, *Domini Meingoti Canonici Patau. & nepotum meorum*, qui publice iuri, ſi quod eis in dicta huba videretur competere, quomodolibet ceſſerunt, & renunciauerunt in totum liberum venditioni mee prebentes aſſenſum. Predictus etiam filius meus dilectus uſque ad annum & diem predicto cenobio ſe auctorem & defenſorem dicte hube ſe conſtituit contra injuriantes, & quoslibet impugnantes dictam hubam de proprietate vel etiam de aduocatione, cum libera

& exempta ab omni aduocationis ſit onere dicta Huba, & nobis pro libera aſſignata. Erit etiam Defenſor prefatus Dominus *Meingotus* contra quoslibet ſuos conſanguíneos dictam Hubam quocunque impugnare volentes, damna & intereſſe ſi que emerſerint ob hoc dicto Monaſterio ſoluturus. Eodem modo damna & expenſas, que per extraneos occaſione antedicte hube eidem euenirent, Monaſterio compenſabit. Ad que ſcilicet ad liberum conſenſum huic venditioni, & ad defenſionem per annum & diem faciendam, & ad ſolutionem damnorum per Sigillum ſuum huic appenſum litere de ſua voluntate ſe obligat & adſtringit. Huic etiam contractui bona fide celebrato interfuerunt, frater *Hermanus Gardianus*, Frater *Wernherus Lector minorum fratrum. Henricus Graeslinus ciuis Ratisp. Wilhalmus Lickhardus*, *Fridericus de Oſterhouen*, & alii quam plures. Placuit etiam partibus preſentem literam Sigillorum Magiſtri *Ulrici Decani Ratisponen. Eccleſie*, & fratris *Henrici cuſtodis fratrum minorum per Bauariam* munimine roborari. Acta ſunt hec Ratiſpone, Anno Domini M. CC. LXXXIX. V. Idus Decembris.

N. LXXXI. Manumiſſio Abbatis Altahens. in duobus Agris. An. 1296.

Nos *Wernhardus* Dei gratia Abbas Altach. omnibus preſens ſcriptum intuentibus cupimus eſſe notum, quod habito conſilio duos agros, quorum proprietas nos reſpexit, donauimus, & dedimus Eccleſie S. Margarethe libere & pacifice poſſidendos, quorum agrorum unus eſt ſitus in campo ville *Hardorf*. Secuudus in Campo ville *Munichdorf*, & de illo ſe-

cundo debet fieri memoria *Chunigundis de Mulhaim*, in dicta Ecclesia singulis diebus dominicis & festiuis, nihilominus tamen saluis decimis dictorum agrorum, que nostram respiciunt Ecclesiam, pleno jure. Datum apud *Altaich inferius*, Anno Domini MCCXCVI. secundo Non. Januarii.

N. LXXXII. Concessio Juris Patronatus Ecclesiae in Werzer. An. 1301.

Nos *LEUPOLDUS* Dei gratia Episcopus Babenbergensis recognoscimus fideliter per hec scripta, & ad uniuersorum tam presentium quam futurorum noticiam deducimus per presentes, quod considerata magne deuocionis sinceritate, qua dilectus nobis in Christo, Dns. *Vlricus* Venr. Abbas, totusque conuentus monasterii in *Osterhouen* Ordinis Premonstraten. Patauien. Dioc. nobis & nostre Ecclesie Babenbergen. in temporalibus subiecti, nos & dictam nostram Ecclesiam gratis & acceptis seruiciis & sumptuosis expensis respiciunt reuerenter, incondigne retribucionis premium seruiciorum, que idem Abbas & conuentus nobis & prefate nostre Ecclesie hactenus exhibuerunt, & exhibere poterunt in futuro, ac in recompensam expensarum, quas circa nos & nostros versus Karinthiam, vel de ipsa terra Karinthie per Bawariam transeuntes, fecerunt & faciunt, liberaliter & benigne ac etiam ut cultus diuini nominis in dicto monasterio eo amplius augeatur, & ut nostrorum predecessorum ac successorum nostrorum animarum perennis memoria in eodem Monasterio perpetuo peragatur, Ecclesiam parochialem in *Wintzer* Patauien. Dioc, cuius ius patro-

tronatus ad nos & ad noſtram Eccleſiam dinoſcitur Legitime pertinere, preſato Monaſterio in *Oſterhouen* accedente conſenſu & libera voluntate totius capituli noſtri donamus, & omne jus, quod nobis & noſtre Eccleſie Babenbergenſi in nominata Eccleſia *Wintzer* competiit uſque modo, in ipſum Monaſterium transferimus per preſentes. Renunciantes ex nunc eidem juri pro nobis & noſtris ſucceſſoribus libere & expreſſe: ita quod dictus Abbas, vel qui pro tempore fuerit, fructus memorate Eccleſie *Wintzer* in ſubſidium prebendarum ſui conuentus pretaxato Monaſterio deinceps valeat applicare. In cuius rei teſtimonium & euidenciam pleniorem, ſigillum noſtrum, ac ſigillum dicti noſtri capituli preſenribns ſunt appenſa. Et nos *Johannes Prepoſitus. Heinricus de Schellenberch vice Decanus*, totumque capitulum Eccleſie Babenbergenſis predicte confitemur conſenſum noſtrum expreſſum & liberum adhibuiſſe donacioni predicte. Appendentes ſigillum noſtrum commune unacum Sigillo reuerendi in Chriſto Patris & Domini noſtri dni. *LEUPOLDI* venerabilis Epiſcopi Babenbergen. hiis literis in teſtimonium ſuper eo. Dat. *Babenberch* Anno Domini Millo CCC. primo. III. Non. Maii.

Originale.

N. LXXXIII. Permutatio Curiæ Porgſteten. An. 1301.

In nomine Domini Amen. Quoniam generatio preterit & generatio aduenit, multis obuiamus incommodis, ſi res geſtas ſcriptis & teſtibus ſucceſſorum notitie obſeruamus. Ea propter nos frater *Henricus* dictus Abbas de Walzbach (*Walterbach*) totusque ibidem conuentus Ciſtertien. Ordinis Ratisponen. Dioceſ. tam preſentibus quam futuris duximus decla-

ran-

randum, quod cum Ecclesia in *Osterhouen*, villam quandam nobis adjacentem dictam *Amaizperch*, in paucis redditibus, utpote que ex angariis & indebitis vexationibus aduocati ipsius Ville Domini *Rimbotonis de Schwarzenburch* desolata quodammodo fuerat & inculta, minus utiliter possideret, nos usi reuerendi Patris & Domini nostri venerabilis *Abbatis de Waltsahssen* fauore, consilio, & assensu eiusdem ville aduocatiam subn omine Dominorum de *Osterhouen*, in numerata pecunia comparauimus, tandem mediante consilio venerabilis *Abbatis de Wimberg*, proprietatem ipsius ville, cum omnibus pertinentiis, per modum concambii redeuntes (redimentes) curiam nostram videlicet in *Porgsteten*, omni aduocatia exornatam & institutionis libere viris venerabilibus & deuotis Domino Abbati ipsiusque Conuentui in *Osterhouen*, cum omni integritate & jurisdictione qua nostra extitit proprietatis titulo tradidimus, vendidimus, seu pro prefata villa commutauimus perpetuo possidendam, obligantes nos presentibus juxta terre morem & consuetudinem, videlicet per annum & diem ad omnem actionem seu petitionem que superadicta curia ipsis seu ipsorum Monasterio moueri poterit, penitus abolendam sub propriarum dispendio expensarum. In cuius rei testimonium presentem literam conscribi fecimus, sigilli nostri, nec non venembilis Abbatis de *Wimberg* Charactere communitam, testibus subternotatis, qui sunt *Eblingarus* & *Liebhardus* famuli Domini Abbatis de Osterhouen. *Rugerus Viechtenstarius*, *Hollandus*, *Albertus* famuli de Wimberg. *Liebh. Heinr. Ulricus* famuli nostri, & alii fide digni, Actum Domini MCCCI. in festo S. Viti Martyris.

N.

N. LXXXIV. Ne in Porgsteten obligemur ad III. Solidos. An. 1301.

Nos frater *Henricus* Abbas in *Walterbach* constare volumus uniuersis presentia inspecturis, quod cum curiam nostram in *Porgsteten*, sub libera institutione vendiderimus & tradiderimus viris venerabilibus & deuotis Domino Abbati suoque conuentui in *Osterhouen* recepta in concambio quadam iplorum villa dicta *Amaizberch*, & in eadem curia *Alheid conuersa de Straubinga* haberet certos redditus, trium solidorum jure precario ad terminum vite sue, nos prefate *Alheidi*, singulis annis & certo die III. Sol. quos in eadem curia recipere consueuerat, tenebimur assignare, ita ut ipsi Domini de Osterhouen, seu quilibet ipsorum colonus in eadem curia, a prescripta conuersa, seu quibuslibet suis consanguineis ratione juris precarii prelibati, nullum patiantur prejudicium seu grauamen. Si vero, quod absit, ex impetitione huiusmodi damnum aliquod fuerit ipsis ortum, ad recompensationem huiusmodi nos ipsis, & ipsorum Ecclesie presentibus obligamus, dantes ipsis in euidens testimonium siue robur presentem literam sigilli nostri, ac venerabilis Abbatis de *Wimberg*, de Cuius consilio contractum huiusmodi fecimus, robore communitam. Datum Walterbach. Anno Domini MCCCI. IV. Non. Julii.

N. LXXXV. Confirmatio Praemonst. remedii Halsii. An. 1303.

Gwillelmus Dei patientia Praemonst. Abbas, & Abbatum eiusdem ordinis Capitulum generale, uniuersis presentes

literas intuentibus ſalutem & ſalutares in Domino orationes. Petitioni nobilis & illuſtris *Comitis Alberti de Hals*, ſuorumque heredum voluntaria deuotione annuentes auctoritate preſentium confirmamus & approbamus omnes conditiones in eleemoſynis, miſſis, & aliis orationibus, quas in ſuo teſtamento & perpetuo memoriali de conſenſu Abbatum de *Oſterhouen* ac ipſius Eccleſie conuentus ex bona deliberatione ordinauit, vel inpoſterum ordinauerit Domino concedente pro pietantia fratrum prefate Eccleſie precipientes firmiter & diſtricte, ne quis ſucceſſorum eorundem Abbatum & fratrum predictorum transgreſſor earundem conditionum exiſtat, vel immutare valeat quoquomodo, niſi de ipſius Domini *Alberti Comitis* ſuorumque Heredum aliorumque nobilium ſibi in hac devotione adherentium conſenſu & voluntate, nunquam Capituli generalis, alioquin transgreſſores ad penas in inſtrumentis ipſius ſepedicti *Domini Alberti*, ac aliorum nobilium, qui inibi ſua remedia ordinauerint, auctoritate preſentium obligamus. Datum *Premonſtrati* Anno Domini MCCCIII. ſedente capitulo generali.

N. LXXXVI. De Indulgentia magnae Crucis. An. 1304.

Nos *Wernhardus* Dei gratia, Eccleſie Patauienſis Epiſcopus preſentibus confitemur, quod cum venerabilis in Chriſto frater, Dominus *Ulricus Abbas in Oſterhouen*, tactus dolore cordis intrinſecus ſuper amaritudine paſſionis Redemptoris noſtri crucifixi crucem argenteam deauratam & gemmis pretioſis ornatam appenſo corpore ad imaginem & ſimilitudinem crucifixi, impoſitis per manus noſtras venerabilibus ſanctorum re-

li-

liquiis a parte ſiniſtra pro cultu Eccleſie ſue predicte in ſui memoriam & remedium preparaſſet. Nos ipſius deuotionem aduertentes, ſtatuimus in virtute ſancte obedientie, & ſub interminatione diuini judicii, ut nullus Abbatum ſeu quisquam alius eandem crucem alienare audeat circa Oſterhouen. Eccleſiam perpetuo permanſuram. Ceterum pro honore crucifixi & ſanctorum reconditorum in eadem omnibus vere penitentibus & contritis, qui eandem crucem portandam in proceſſionibus, vel contra ignis voraginem, vel aeris intemperiem ſecuti fuerint, decem dies criminalium, & viginti venialium miſericorditer in Domino relaxamus. Datum *Patauie* Anno Domini MCCCIV. in die ſancti Thomae Apoſtoli.

N. LXXXVII. De feſto Conceptionis S. Mariae. An. 1305.

Adam Dei patientia Premonſtratenſis Abbas, & Abbatum eiusdem ordinis capitulum generale: dilecto in Chriſto fratri . . . . Abbati in *Oſterhouen*, totique conuentui ibidem, ſalutem & ordinationes in Domino ſalutares. Ad inſtantiam reuerendi in Chriſto Patris & Domini *Chunradi* venerabilis Epiſcopi Ratisponen. concedimus, & preſentibus literis indulgemus, ut in Eccleſia veſtra diem conceptionis Beatiſſime Marie virginis ſub duplici feſto, cum propria hiſtoria perpetuo celebretis, dummodo vobis & ipſi Monaſterio veſtro de competenti conſolatione per *Fridericum* eiusdem Domini Ratisponenſis Epiſcopi Notarium ordinetur. Datum Premonſt. Anno Domini MCCCV. In capitulo generali.

N. LXXXVIII. Promiſſio de præſentando Sacerdote ad Parochiam Winzer. An. 1306.

Nos *Ulricus* miſeratione diuina Abbas, totusque Conuentus in *Oſterhouen* tenore prelentium profitemur, quod de Dominorum noſtrorum venerabilium Prelatorum conſilio & conſenſu Domini L. videlicet *Urſpergen.* Viſitatoris annui & patris Abbatis noſtri H. *Sorocen.* ſui conuiſitatoris Domini *Wernh. Wiltin.* & Domini D. *Windlbergen.* petitionem Domini *Hartliebi nobilis viri de Puechperch*, quam a nobis frequentibus ante eorundem aduentum cum maxima inſtantia admitti poſtulauerat, cui non absque eorum aſſenſu potuimus conſentire, nunc admittimus, & eam ſuis ſuorum, noſtrorumque ſucceſſorum temporibus preſentibus promittimus inuiolabiliter obſervare, & eſt talis, ut in Eccleſia noſtra parochiali in *Winzer* Patau. Dioec. cuius jus patronatus ad nos noſtramque Eccleſiam pleno jure ſpectat ex donatione quondam Domini *Leupoldi* Ven. Epiſcopi Babenberg. & honorabilis capituli ibidem, non religioſum ſed ſecularem liberaliter ponamus Clericum, qui eandem inofficiet retento nobis annuo cenſu ab antiquo exinde perſoluto, vel quantummodo plus ultra victualia inofficiantis presbyteri ſolui poſſit, dummodo predicti donatoris juris patronatus, & eius capituli voluntas acceſſerit, & conſenſus. Cuius etiam Eccleſie collatio ſeu locatio quoties imminebit, ad nos debet libere, & ſine impedimento quolibet pertinere, nec ipſe Dominus *Hartliebus de Puechperch*, neque eius poſteri nos debent vel poſſunt ſuis infeſtis petitionibus ad conferendam eandem cuicunque aliqualiter coarctare. Sed quod premiſſam ſuam petitionem admiſimus, nos noſtramque

Ec-

Ecclesiam suis benignis pertractationibus, promotionibus, beneuolentia, si qua possunt, nos spoponderunt unanimiter & fauorabiliter promouere. In cuius rei testimonium sibi nostram damus literam, nostrorum sigillorum & predictorum Prelatorum munimine roboratam. Actum & Datum in *Osterhouen*, Anno Domini MCCCVI. In diuisione Apostolorum.

N. LXXXIX. Confirmatio fraternitatis inter Osterhouiense & Altahense Monasteria. An. 1108.

Viris religiosis & in Christo dilectis, Domino *Ulrico* venerabili Abbati & conuentui in *Osterhouen* Ordinis Premonstraten. *Wernhardus* Dei gratia Abbas & conuentus Ecclesie S. Mauritii in *Altach inferiori* ordinis sancti Benedicti, cum orationibus salutem in eo, qui est omnium vera salus. Legationes vestras hactenus multiplices recepimus super renouanda fraternitate, inter nostrum & vestrum monasterium olim habita, sed abolita ut dicitis temporum vetustate. Super quo vestre charitati grates deuotas & humiles offerentes, eiusdem que fraternitatis renouationem firmam & ratam juxta petitionem vestram habere volentes, talem inter nos & vos nostramque & vestram Ecclesiam pastorum & fraternitatis subiuimus unionem, videlicet ut plenam participationem orationum & omnium spiritualium beneficiorum, que dante Domino in nostra Ecclesia fiunt, habeatis, in vita pariter & in morte. Hoc adjecto quod cum obitus alicuius vestrum nobis fuerit nunciatus, nomine suo in Calendario nostro scripto, a quolibet sacerdote dicentur tres Misse, ab inferiorum vero graduum quolibet unum Psalterium, & unam quilibet corporalem reci-

piat disciplinam. Illiterati vero dicent centum & quinquagin-ta vicibus pater noster. Preterea singulis annis post Domini-cam, qua cantatur, *Domine in tua*, proxima vacante feria ge-neraliter pro omnibus fratribus defunctis in vestro monasterio apud vos specialis commemoratio fiet, talis videlicet, ut pul-satis campanis vigilie defunctorum, & in mane missa una cau-tetur publice in Conuentu. Ad supradicta autem uniuersa & singula astringi volumus & ligari, si vos in eis omnibus & sin-gulis parem nobis vicem & similem vicissitudinem faciatis. In quorum omnium euidentiam presentes literas vobis damus, sigillorum nostrorum robore communitas. Actum Anno Dni. MCCCVIII. Indictione VI. In festo sancti Patris nostri Bene-dicti.

N. XC. De Seruitio Mattenhaim. An. 1311.

Nos *Ulricus* miseratione diuina Abbas protestamur in his scriptis quod nos feudum in *Mattenhaim* ad mediam Hu-bam contulimus jure hereditario *Hartlicho & Sifrido dictis Horpolli*, quesitum & irrequisitum, tali pacto, ut dictam pos-sessionem in campis ville metis & signis euidentibus ab aliis adjacentibus excipiant, & singulis annis nobis inde seruiant L. Den. cum tribus festis quolibet valente duos den. cum presen-tatione valente I. den. in nostro placito generali, frequenta-bunt etiam alia placita nostra, si opus fuerit ipsos alicui de querimonia respondere secundum consuetudinem aliorum here-dum. Quod si negligentes in his fuerint, ex tunc omni jure suo priuabuntur, & dicta possessio ad nos libere reuertetur, super quo &c. Testes *Eberh.* Prior, frater *Grimoldus*, *Mar-*

tii-

tius prouisor domus, *Otto de Aesenhaim*, *Dietricus judex*, *Gurro de Haideburch*, *H, Eblinger*. Acta MCCCXI. In die Apostolorum Philippi & Jacobi.

N. XCI. Sponsio de præsentando sacerdote sæculari ad Ecclesiam Winzer. An. 1311.

Nos *Ditericus* Dei gratia *Abbas in Windberg*: *Heinricus Decanus de Chambia*, *Eberhardus Plebanus de Vihtach*, tenore presencium profitemur, quod, cum inter Dominum *Ulricum* Venerabilem Abbatem, & Conventum *Osterhovensem* ex una parte, & *Strenuum Militem Dominum Hartlibum de Puchperch* ex altera dissensio verteretur super ordinacionem Parochialis Ecclesie in *Wintzer*, cuius de novo ius patronatus per donacionem Reverendi Patris, & Domini Venerabilis Episcopi *Babenbergensis* Ecclesie pervenit ad Monasterium supradictum, ex quo supradictus Miles non sine causa presumebat, supradictum Dominum de Osterhoven aliquid facturum, & precaturum, quod Plebanus iam dicte Ecclesie in *Wintzer*, ne consuetam honestatem, & decentem hospitalitatem posset facere, & servare, obsisteret, & ne supradictus Abbas tale aliquid attemptaret, se opposuit, scilicet cum inter Dominum Abbatem, & Virum Nobilem supradictos propter salubrem promocionis affectum; quem semper Dominus *Hartlibus* supradictus ad Monasterium Osterhovense habuit, periculosum, & grave fuisset tam Abbati, quam Monasterio supradictis, a supradicto *Hartlibo* in aliquo dissentire, in nos tanquam amicabiles compositores finaliter compromiserunt, dando nobis potestatem super hoc diffiniendi, ordinandi, & racionabiliter de-

ci-

ddendi. Nos quoque hac poteſtate accepta, & auctoritate tali-ter diffinimus, ſtatuimus, & iubemus, quod Abbas, quicunque pro tempore fuerunt, & Conventus nunquam acceptabunt predictam Eccleſiam per fratres ſui Monaſterii, & Ordinis officiare, ſed cum eam vacare contigerit, Clericum ſeculārem ydoneum, ut hactenus, preſentabunt; ſi vero idem Dominus Abbas, & Conventus petierint apud Ordinarium Epiſcopum, ut eis liceat, de eadem Eccleſia annuatim recipere aliquam penſionem, hec ſummam trium librarum excedere non debebit, & eadem penſione trium librarum Abbas. & Conventut Clericum officiantem Eccleſiam, & regentem qui ſemper ſecularis eſſe debet, in alio non gravabunt. Ad hoc, ut Abbati, & Conventui concedatur, & permittatur tali uti penſione, Dominus *Hartlibus* ſepe dictus apponere promittit operas, ſi quas poteſt. Acta ſunt hec, & promulgata anno Domini M.CCC.XI. apud *Oſterhoven* in vigilia Achacii, & ſocionum eius, Domino Abbate, & Conventu preſentibus, & conſencientibus. In cuius rei Teſtimonium preſentem paginam Abbatis, & Conventus, noſtrorum, & Domini *Hartlibi de Puchperg* ſigillorum munimine duximus roborandam.

Originale.

N. XCII. Fraternitas data Nobilibus a Capitulo generali. An. 1312.

Adam Dei patientia Premonſtraten. Abbas, & Abbatum eiuſdem ordinis capitulum generale. Venerabili & dilecto in Chriſto fratri . . . . Abbati, totique conuentui in *Oſterhoven*,

uen, uniuerſis aliis quos noſſe fuerit oportunum, tam preſentibus quam futuris ſalutem in omnium ſaluatore. Cum affectus fidelium, quem habent in piis & bonis operibus, ſit promouendus & accendendus, in quantum poteſt fieri, ut & ipſorum deuotio augeatur, & diuinus cultus amplificetur, preſſeturque exemplum bonorum operum fidelibus uniuerſis: proinde nos *Adam* Dei patientia Premonſt. Abbas, & eiuſdem ordinis capitulum generale, conſiderantes affectum, quem habent ad ordinem noſtrum, & precipue ad Eccleſiam *Oſterhouen.* viri ſpectabiles *Comites de Hals*, videlicet *Albertus & Alramus*, nec non nobiles viri milites *Hartliebus & Sifridus de Puechperch. Wilhalmus de Winzer*, *Frider. Saxo*, & *Gotfridus de Hauſen*, cum eorum uxoribus ac liberis, plenam participationem omnium bonorum, que in toto noſtro fiunt ordine, ipſis benigna in Domino concedimus charitate, adiicientes de gratia ſpeciali, quod omnes conditiones & deuotiones, quas de miſſis vel Vigiliis, ſeu aliis bonis operibus tam ſpiritualibus quam temporalibus in ſuis literis expreſſerunt ſiue ſtatuerunt, ſeu pro fratrum pietancia ſiue aliis operibus quibuscunque approbamus, ratificamus, & confirmamus in perpetuum, ſub harum teſtimonio literarum, ita quod nulli hominum nobis ſeu ordini noſtro ſubjectorum, ſiue Abbas fuerit, ſiue alius qualiscunque de ipſorum ordinatione quidquam aliud facere liceat, quam quod predicti benefactores Oſterhouenſi Eccleſie, in ſuis literis expreſſerunt, ſub terminatione diuini examinis, & noſtri ordinis diſciplina. Datum & actum Anno Domini MCCCXII. ſedente noſtro capitulo generali.

N. XCIII. Admiſſio Capituli Patauien. de Eccleſia Winzer. An. 1318.

Nos *Meingotus* Dei gratia Prepoſitus, *Meingotus* Decanus & Capitulum Eccleſie Patauienſis conſtare cupimus Uniuerſis preſentes literas inſpecturis, quod literas venerabilis Patris Domini *LEUPOLDI* Reuerendi in Chriſto Epiſcopi *Babenbergen.* non abolitas non abraſas, non cancellatas, imo ex omni ſua parte ſaluas, ſui ipſius nec aliorum ſubſcriptorum ſigillorum munimine inſignitas vidimus & legimus continentie infra ſcripte per omnia in hec verba: *Nos Leupoldus Dei gratia Epiſcopus Babenberg. recognoſcimus* (ut ſupra Num. LXXXII.) Nos itaque donacionem huiuſmodi tam piam & honeſtam ac rationabiliter factam non immerito commendantes auctoritate nobis in preſentiarum, vacante ſede paſtorali Eccleſie ordinaria competente ratam & gratam habemus, ipſamque ſolidamus teſtimonio huius, ſcripti ſigilli cauſarum noſtri Capituli charactere roborati. Anno Domini MCCCXVIII. in Craſtiuo S. Udalrici Martyris, & Confeſſoris.

Originale.

N. XCIV. Donatio med. Hub. in Eſchback Reundorſerii. An. 1331.

Ego *Eberhardus plebanus in Winzer & Fordanus germanus meus dicti Reundorferii* preſentibns profitemur, quod mediam hubam noſtram in *Eſchelbach* ſitam ante nemus quod dicitur *Stainchart* donauimus infirmarie Eccleſie *Oſterhouen.*

ſub

ſub tali conditione, ut quamdiu nos ambo vixerimus, cuncti prouentus, qui in omnem euentum ex hac prouenerint, in uſus noſtros integraliter cedere debeant annuatim: ſed Dominus Abbas predicte Eccleſie eandem habebit inſtituere ſingulis annis nobis ambobus preſentibus ad noſtrum conſilium & ſauorem; uno quoque noſtrum ab hoc ſeculo emigrante, alter, qui ſuperſtes fuerit, diem obitus ſui in adminiſtratione ſubſcripta, videlicet medii talenti denariorum ad refectorium conuentus ibidem XXIV. denariorum cuſtodi ipſius loci ad luminaria exequiarum diei obitus, quatuor denariorum ſacerdoti inofficianti in die depoſitionis ſeu anniuerſarii, quatuor quoque denariorum eccleſiaſtico pro ſolemni pulſu campanarum annis ſingulis celebrabit, quo etiam mortuo, predicta media huba cum omnibus ſuis prouentibus, queſitis & inquirendis ad uſum prefate infirmarie ſine omni contradictione vel juris cuiusquam uſurpatione omnium noſtrorum conſanguineorum, vel etiam quorumcunque aliorum libere deuoluetur, & ex tunc dies anniuerſarius obitus noſtri amborum, ſimul die ſub adminiſtratione premiſſa integraliter ſeruanda de prouentibus ipſius medie hube per infirmarium qui tunc fuerit in perpetuum celebrabitur, hoc addito, quod ſi quid ultra huiusmodi adminiſtrationem uniuerſalem de redditibus ipſius ſepedicte medie hube ſuperfuerit, hoc ipſum ad infirmariam pro infirmorum melioratione prebende debebit cedere annuatim. In cuius rei memoriam preſentes damus literas, ſigillorum Domine *Petriſſe relicte, nobilis viri Domini Hartliebi dicti quondam de Puechperch* pie memorie, nec non Domini *Eberhardi plebani de Viechtah* munimine roboratas. Datum in *Oſterhouen*

anno Domimi MCCCXXXI, In die Sancti Nicolaui Pontificis glorioſi.

N. XCV. Legatum Vineæ Chremsleiten. An. 1336.

Nos Frater *Otto* dictus *Abbas Zwetlen.* Monaſterii totusque Conuentus ibidem tenore preſentium profitemur tam preſentibus quam futuris, quod honeſta & Deo deuota vidua Domina *Gertrudis cognomine Leubſerinna* reſidens in civitate *Chremſa* pro Dei amore & ſpe retribucionis eterne, & de maturo conſilio & bono fauore omnium heredum ſuorum tempore, quo ei bene licuit, vineam ſuam in *Chremsleiten* ſitam, de qua nobis in die S. Michaelis jure ciuili ſingulis annis octo denarii dantur, Reuerendo in Chriſto Patri Domino *Hermanno* venerabili Abbati & conuentui in *Oſterhouen* rationis compos & corpore ſana, voluntate ultima delegauit jure, quo ipſa tenuit perpetuo poſſidendam, & nos eandem vineam Abbati & conuentui prenotatis contulimut de unanimi conſenſu tenentes gratum & ratum teſtamentum memoratum tali conditione, ut in noſtro jure nihil nobis depereat, & preſcriptus cenſus ciuilis de ſepe dicta vinea tempore debito grangie noſtre in *Chrems* Rectoribus porrigatur. Et in huius rei euidens & firmum teſtimonium has patentes predicto Patri & conuentui donamus, ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum in *Chremſa* noſtra curia, Anno Domini MCCCXXXVI. In die Beati Franciſci Confeſſoris.

Originale.

N. XCVI.

N. XCVI. De quinta Minutione & Candelis pro Festo Corporis Christi & Candela S. Albani. An. 1338.

Ne rerum pio deuotionis affectu gestarum labatur memoria, inuenta sunt a perspicacibus remedia scripturarum, que consueuerunt fragilitatem humani generis eternare. Hinc est quod nos *Hermannus* diuina miseratione Abbas Ecclesie in *Osterhouen* attendentes deuota & beniuola nostri conuentus in diuino cultu seruitia, prouentus nostre exterioris parochie & oblationum, que in pios usus redigi digne debent, superne remunerationis intuitu, immo compassione nature inducti & hortati, pro commoditate communi, non priuata, sub conditionibus infra scriptis de communi consensu nostri prelibati conuentus preuia matura deliberatione duximus nostre infirmarie perpetualiter annectendas. Videlicet ut ex prenotatis prouentibus siue oblationibus annis singulis in quinta minutione, que hactenus haberi apud nos non consueuit circa festum beati Joahnnis Baptiste consuetudini ordinis conformem, quam etiam ipse infirmarius, qui pro tempore erit, secundum formam aliarum minutionum sufficienter ministrabit. Preterea vinum sacrificale, quod custodes nostri Monasterii retroactis temporibus procurauerunt de communi nostro cellari volumus recipi; hac conditionalitate subjuncta, ut omnibus diebus ad eleuationem corporis & sanguinis Domini in publica Missa due solempnes candele accendantur: & a festo Pasche inclusiue usque ad festum beati Michaelis, in honorem beati Albani, contra malignitatem aerearum tempestatum, una candela ardens, ad Missam choralem per custodem procuretur, que etiam post finem Misse aute corpus Christi infra ambitum benedicti-

onem frugum per miniſtrum deportetur. Ceterum ob reuerentiam Sacramenti Sacramentorum in feſto votiuo corporis Chriſti in proceſſione quinque candele ſolempnes, ante & poſt corpus Dominicum accendantur, que etiam per publice Miſſe ſolempnia indeficienter rutilantes perſeuerent. Ut ergo hec noſtre actionis memorialitas cunctis futuris temporibus inconſulſa & illibata permaneat, nos hanc inde cartam conſcribi fecimus, & Sigillorum, videlicet Domini Reuerendi *Alberti* Prepoſiti Eccleſie *Urſpergenſis* noſtri Patris Abbatis & annui Viſitatoris, nec non ſui comiſitatoris Domini *Chunradi* honorabilis Prepoſiti Monaſterii *Scheftlarn*, impreſſione muniri impetrauimus, & ſue auctoritatis plenitudine confirmari, ne aliquis noſtrorum Succeſſorum eandem infringere, minuere, vel perturbare, aut alienare preſumat quoque modo. Inſuper ad maiorem euidentiam preſentes venerabilium Dominorum, ſcilicet Domini *Gotſchalci Wimtbergenſis*, & Domini *Hainrici S. Saluatoris* Eccleſiarum Prelatorum, nec non noſtri & noſtri ſupratacti conuentus ſigillis procurauimus robore conſignari. Datum & actum anno Domini MCCCXXXVIII. In feſto Natiuitatis Beati Joannis Bapiſte.

Originale cum reſiduis quatuor Sigillis.

N. XCVII. Ludovici Bavari Imperatoris Confirmatio omnium Privilegiorum. An. 1341.

Wir *LUDIWIG* von Gotes Genaden Römiſcher Keyſer ze allen Zeiten merer des Reiches veriehen offenleich und tvn chvnt, daz wir got ze ern, durch hail vnſer vnd vnſer

Vor-

Vorvodern vnd nachkomen Sel vnd durch besunder gunst vnd guten willen, die wir haben zv den Gotzhavs ze Osterhouen die geistlichen Mann, den Aptt vnd den Conuent des selben Gotzhavs ze Osterhouen des Ordens von Premonstrat, vnser lieb diemvtig mit allen iren levten vnd güten in vnsern besondern Scherm, frid, vnd gnad genomen vnd empfangen haben, vnd nemen vnd empfahen auch mit disem Brif, auch bestäten wir vnd newen in di genad, die si von vnsern Vorvodern *Otten* vnd *Henrich* säligen Hertzogen in Beyrn habent, ob ieman hintz dez vorgenanten Gotzhavses vnd iren güten di si in nvtz vnd gewer zehen oder zwaintzich Jar her bracht habent, iht zechlagen oder zesprechen hab, daz der vor vns, vnd vor vnsern Erben Hertzogen ze Beyrn dar umb rehten sol vnd gericht svchen. Vnd wellen niht daz dhein vnser Amptman oder Richter vmb di selben gvt richten soll. Wir bestäten vnd newen in auch di Gnad vnd Brif, di vnser Vorvarn säligen *Ott* vnd *Heinrich* Hertzogen ze Beyrn geben vnd getan habent in der weis, daz si zolfrei vnd an all Mavtt auf Land vnd auch Wazzer was in vnd irn Chloster zvgehört, vnd besunderlich irn Wein von Osterrich fvr vnser Mavtt ze *Vilshouen*, und fvr all vnser Mautt lezichleich vnd an all irrsal fvren mvgen. Auch tvn wir in von besunder Gvnst die genad, daz si all iar ze ainen mal zwen wagen mit Saltz zolfrei fvr vnser Mavt ze *Pravnaw* fürn süllen vnd mvgen von dem *Hellin*. Wir wöllen auch niht ob ieman mit dem *von Hals* irn Vogt iht ze schaffen oder ze chriegen hab, er sei edel oder unedel oder wie er genant sei, daz der sie auf chainen irn gütern dar vber der *von Hals* niht Vogt ist,

nibt

niht angreiffen noch pfenden fvlle, noch fi auf irn vogtbarn gütern vber daz Reht Vogtreht pfend fvr den *von Hals* oder angreiff. Wir wellen auch niht, daz chein vnſer Amtman oder Rihter hintz irn Lävten noch Güten, noch irn *holden*, die auf irn güten oder Urbarn geſezzen ſint, iht einriht vmb cheinerlei ſach, dann alein vmb di drei ſach, die zv dem tod gehörent, vnd vmb all ander ſach ſollen der vorgenant Aptt vnd Conuent hintz irn lävten vnd holden richten. Wir beſtäten auch dem vorgen Gotzhaus all gnad, freivng, vnd recht, die in von vnſern Vorvarn ſälig Hertzogen in Beyrn recht vnd redlich geſchehen vnd geben ſint, vnd auch wir itzo Land vnd Lävten gemainchleich ze Beyrn getan vnd geben haben. Darvmb wellen vnd gepieten wir vnſern Vitztomen, Richtern, Mavtern, vnd allen vnſern Amptläuten, vnd vnſern getrevven Edeln vnd Vnedeln in Beyrn veſtichleich vnd ernſtlich, daz ſi daz Gotzhaus ir lävt noch gvt an den vorgenanten Gnaden vnd vnſer beſtätung mit dheinen ſachen vnd in weis niht irren, angreiffen, laidigen, noch beſchwären, als lieb in vnſer h uld ſein. Darvber ze Vrchvnd geben wir in diſen Brif verſigelten mit vnſerm Keyſerlichen Inſigel, der geben iſt ze *Munchen* an Sand Martins tag nach Chriſtes Gebvrtt drevzehenhundert Jar, darnach in dem ain vnd vierzigiſten Jar, in dem ſiben vnd zwaintzigiſten Jar vnſers Reichs vnd in dem viertzehenden des Keyſertvmes.

N. XCVIII. Eiusdem Innovatio Decimationis in Straubing & Ellenbach. An. 1341.

Wir *LUDWIG* von Gotes genaden römiſcher Keyſer, ze allen Zeiten merer des Reichs, Bechennen offenbar vnd

tvn chvnt fvr vns, vnſer Erben vnd Nachkomen, allen den die in anſehent oder hörent leſen, daz wir geſch:n haben *LUDWIG* vnd *OTTen* ſæligen Pfallentzgrafen bi dem Reyn vnd Hertzogen in Beyrn vnſer vorvarn Brief, daran ſi verſchriben vnd gegeben habent *vnſern zehent ze Stravvbing vnd vnſern zehent ze Ellenpach* ſand Margreten vnd dem Gotzhaus ze *Oſterhouen* alſo daz ſi ieman der ſelben zehent niht entvirn noch eupfrembden ſol in dhain weis, ſonder ſol der abptt vnd der Conuent gemainlich da ſelben vnſer lieb demvtig die ſelben zehent vnd waz darzv gehört mit allen rehten vnd nvtzen inne haben vnd niezzen als ir aigenleichen Gut. Vnd alſo beſtæten wir in die ſelben zehent, als ſi die herbracht vnd genozzen habent, daz ſi die niezzen als in die vnſer obgenant Vorvarn verſchriben habent. Vnd gebieten allen vnſern Amptlævten, Vitztvmen, Pflegern, Richtern, Burgern vnd andern vnſern getrevven vnd dienern veſtichleich vnd ernſtlich, daz ſi den vorgenanten Abptt, Conuent, vnd daz Gotzhaus an den ſelben zehenten niht hindern noch irrn mit chainen ſachen. Wold ſi ieman daran laidigen, dez ſulln ſi in vor ſein bi vnſern gnaden. Vnd darvber ze Vrchvnd geben wir in diſen Brief mit vnſerm Keyſerlichen Inſigel verſigelten der geben iſt ze *Lantzhvt* an Montag nach Gertrudis nach Chriſtes Gebvrtt drevtzehenhundert Jar darnach in dem ain vnd viertzigiſten Jar, in dem ſiben vnd zwaintzigiſten Jar vnſers reichs, vnd in dem viertzehendem dez Keyſertvmes.

N. XCIX. Eiusdem de libero Transitu in Pleinting. An. 1345.

Wir *LUDWIG* von gotes genaden &c. Enbieten dem Rat vnd den Burgern gemeinichleich ze *Pleinting* vnsern lieben getrevven vnser huld vnd alles gvt. Wizzet, daz wir dem Abptt vnd dem Conuent ze *Osterhouen* vnsern lieben demvtigen die gnad getan haben, daz si fvrbas irn Wein der in Zugehört swas si dez fvrent datz dem Marcht &c. *Pleinting* niht niderlegen schullen. Vnd darvmb wellen vnd gebieten ev ernstlich, daz ir den selben Abptt vnd Conuent irn Wein swaz si dez habent furbas fvren vnd niderlegen lazzent swo si wellent, vnd si daran nihtz irret. Geben ze *Schœrding* an Vreitag in der Pfingstwochen in dem ain vnd dreizzigisten Jar vnsers reichs, vnd dem ahtzehendem dez Keysertvmes.

---

* Haec tria Ludoviciana Diplomata excerpta sunt e Codice membraneo, medio Sec. XIV. exarato.

N. C. Pretia Rerum medio seculo XIV. In Jndicio Ellenpach.

	Libra.	*Solid.*	*Denar.*
De Theloneo in Geiselhöring	VIII.	—	—
Item de Judicio Ellenpach	X.	—	—
De Censu ibidem - -	XXXVI.	—	—
De Stevra Rurensium -	CXXXI.	—	—
Summa Tritici LIIII. Scaffe. media scaffa II. modii faciunt -	XVIII.	—	—

Sum-

	Libra.	*Solid.*	*Denar.*
Sum. Silig. CLVIIII. Sca. med. sca. & 1. mod. faciunt -	XXXVIIII	VII.	XV.
Summa Ordei 1. Scafa & 1. mod. faciunt. - - -	—	—	L.
Summa Avene XXXIIII. Sca. faciunt. - - - -	IIII.	—	LX.
Summa Porcorum XXVIII. faciunt. - - - -	X.	V.	XI.
Sum. Pisarum & fabarum III. sca. faciunt.	—	III.	—
Sum. Papaueris XLII. metrete chasten mas fac. - -	—	V.	XVIII.
Sum. Anserum C. & VI. faciunt.	—	VII.	II.
Sum. Pullorum CC. & XLVIII. faciunt. - - - -	I.	—	VIII.
Sum, Ouorum M. & M. & LX. faciunt. - - -	I.	—	XII.
Sum. Agnorum IX. & medius Agnus facit. - - -	—	—	LXVI.
Sum. Caseorum de. XLV. faciunt.	—	X.	XV.
Sum. Vini Bawarici X. vrne faciunt - - - - -	—	X.	XX.
Sum. Ceruisie XLII. vrne computata Vrna pro XXX. den. faciunt. - - - -	V.		LX.
In Judicio Strybing.			
Judicium soluit - -	L.	—	—
Ibidem Mvta - - -	CCCC.	—	—
Stevra Ciuit. - - -	CCCC.	—	—
Item Theloneum Pontis -	XL	—	—
Ibidem denar. Censuales -	XXXV.	—	LX.
Item Stevra rurensis - -	CLV.	—	—

	Libra.	*Solid*	*Denar.*
Item de Vngelt per Vicedominatum - - - - -	CC,	—	—
Item de Judeis per Vicedominatum - - - - -	LX,	—	—
Sum. Tritici XLIII. Scaf. faciunt.	XIIII.	—	LXXX,
Sum. Siliginis C. & XX. Scaf. cum I. Scaf. faciunt. - -	XXX,	—	—
Sum. Ordei XVIII. Scaf. cum I. Scaf. faciunt. - - -	III,	—	XX.
Sum. Averę LXXXXIII. Scaf. faciunt. - - - - -	X.	III.	—
Item I. Scaf. Pisarum faciunt	—	—	LX.
Sum. Porcorum XL. faciunt.	XV,	VII.	XX.
Sum. Papaueris XXII, Chaſten mas faciunt. - - -	—	—	LXXXVIII.
Sum. Anſerum LXXII. faciunt.	I.	—	XXIIII.
Sum. Pullorum C. & LIIII, faciunt.	—	V.	IIII,
Sum. Caſeorum cenſualium CCCC. & LXXXII. fac.	II.	—	IIII.
Sum. Caſeorum in Reyberſtorff dCC. & L. Caſ. valent. III. denar. faciunt.	IX,	III.	—
Sum. Ouorum M. C. & LX. faciunt. - - - - -	—	—	LXXVIII.
Sum. holerum I. Scaf. facit. -	—	—	XV.
Item in Roberſtorf in praitenvolt v. Piſcatores, quorum quilibet omni ſeptimana ſoluit VI. den. piſcium, faciunt annuatim.	XIII.	—	—

N. CI. Confirmatio Privilegiorum hic inſertorum. An. 1365.

Wir *ALBRECHT* von gots genaden *Pfallentzgraue bey Rein vnd Hertzog in Beirn, Graue ze Tyrol vnd ze Görtz*

Görtz Vogt der Gotzhouſer Agley Triend vnd Erichſen Rüward (Tutor) *der Grauſchaft Hennigavr Holland Seland, vnd der Herrlicheit Friesland.* bechennen offenleich vnd tvn kunt mit diſem brief, daz für vns kom der erſame geiſtlich here der Abt von Oſterhouen Premonſtrierer ordens, vnſer lieb demutiger, vnd vns furbracht, vnd zaigt, von ſein vnd ſeines Conuentz wegen daſelbn zwen brief die der allerdurchleuhtigiſt Fürſt vnſer lieber her vnd Vater Keyſer *LUDOIWEIG* von Rome ſeligen der heyligen Junchfravvn ſand Margreten, vnd demſelben Gotzhaus ze Oſterhouen geben hat, daran er in hat beſtätt ernevvet vnd beneſtent des erſten ſolich gab vnd gift die di hochgeborn *LUDWEIG* vnd *OTT* Pfallentzgrauen bey Rein vnd Herzogen in Beiren ſeligen, vnſer vordern verſchriben vnd gegeben habent, vnd mit namen vmb den zehend ze Stravvbing vnd ze Ellenpach, als der brief ſagt, von wort zu wort, der hernach geſchriben ſtet. „ Wir *LUDWIG*
„ von Gotes genaden Römiſcher Keyſer, zu allen Zeiten me-
„ rer des Reiches bechennen offenbar vnd tun kunt, für vns
„ vnſer erben vnd nachkomen allen den die in anſehent vnd
„ hörent leſen, daz wir geſehen haben *LUDWEIGEN* vnd *OT-*
„ *TEN* ſeligen Pfalltzgrauen bey Rein vnd Hertzogen in Bairn
„ vnſer vorvordern brief, daran ſy verſchriben vnd gegeben ha-
„ bent vnſern *Zehend ze Stravvbing vnd vnſern Zehend ze Ellen-*
„ *pach* ſandMargreten vnd dem Gotzhaus ze Oſterhouen,alſo daz
„ ſy iemand derſelben Zehend nicht entweren noch enpfremden
„ ſol in dhain weis, ſunder ſol der Abt vnd der Conuent ge-
„ meinleich daſelben vnſer lieb diemutig dieſelben zehend
„ vnd waz darzu gehört mit allen rechten vnd nutzen inne

„ haben vnd beruwichleichen niezzen, alz ir aygenleich gut.
„ Vnd alſo beſtäten wir in dieſelben Zehend, als ſy die her-
„ bracht, vnd genozzen habent, daz ſy die niezzen als in die
„ vnſer obgenant Voruarn verſchriben habent. Vnd gebie-
„ ten allen vnſern amptlevvten, Vitztumen, Pflegern, Rich-
„ tern, Burgern, vnd andern vnſern getrevven vnd dienern
„ veſtichleich vnd ernſtleich, daz ſy den vorgenanten Abbt,
„ Cōuent, vnd daz Gotzhavvs an den zehenden nicht hin-
„ dern, noch irren in chainen ſachen. Wolt ſy iemand da-
„ ran laydigen, dez ſullen ſy in vor ſein bey vnſern genaden.
„ Vnd darüber ze Vrchund geben wir in diſen brief mit vn-
„ ſerm Keyſerlichen Inſigel verſigelten, der geben iſt ze *Lan-*
„ *deshut* an Montag nach Gertrudis, nach Chriſti geburt dreiv-
„ zehenhundert Jar, damach in dem ainem vnd vierzigiſten
„ Jare, in dem ſyben vnd zwainzigiſten Jar vnſers Reichs,
„ vnd in dem vierzehenden des Keyſertumes.

Auch hat vns der obgenant geiſtlich here vnd Abt für-bracht vnd gezaigt einen andern brief von vnſerm obgenan-ten heren vnd Vater Keyſer *LUDWEIGEN* von Rome ſeligen, daran er dem ſelben Gotzhaws ſumleich beſunder genad ge-tan vnd verſchriben hat, vnd in beſtätt vnd ernewet, vnd be-neſtent ſolich briet der hochgeborn furſten *OTT*, vnd *HEIN-RICH*, Hertzogen in Beirn ſeligen, vnſer vordern vber ſum-leich genad, gab, vreyhait vnd recht die ſy dem ſelben Gotz-haws ze *Oſterhouen* auch geben habent vnd verſchriben, als der briet auch ſagt, der hernach geſchriben ſtet.

„ Wir *LUDWEIG* von Gots genaden Römiſcher Key-
„ ſer ze allen Zeiten merer des Reichs, veriehen offenleich,

„ vnd

„ vnd tun kunt, daz wir Got ze eren, durch hail vnſer vnd
„ vnſer Vordern, vnd nachkomen Sel, vnd durch beſunder
„ gunſt vnd gueten willen, die wir haben zu dem Gotzhaws
„ ze *Oſterhouen*, die geiſtlichen mann, den Abbt, vnd den
„ Conuent deſſelben Gotshauſes ze Oſterhouen des Ordens
